Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/commentaireanony00remi

COMMENTAIRE ANONYME

SUR

PRUDENCE

COMMENTAIRE ANONYME

SUR

PRUDENCE

D'APRÈS LE MANUSCRIT 413 DE VALENCIENNES

PAR

JOHN M. BURNAM

Professeur à l'Université de Cincinnati

PARIS

ALPHONSE PICARD ET FILS, EDITEURS

82, RUE BONAPARTE, 82

—

1910

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

SEP 17 1934
11240

A Edmund Hall BURNAM

Mon Père, mon premier Maître

PRÉFACE

Le manuscrit 413 (*anciennes côtes* 394-551) *de la Bibliothèque municipale de Valenciennes consiste en deux parties. La seconde, dont nous ne nous occupons pas, contient des traités grammaticaux. La première ou les feuillets* 1-47 *se compose d'un commentaire sur Prudence jusqu'ici inédit. Nous en avons fait une transcription partielle en* 1904 *et M. Maurice Hénault, bibliothecaire adjoint de la Bibliothèque, l'a complétée. Grâce à l'obligeance de MM. Emile Châtelain et Antoine Thomas, nous avons pu revoir et corriger cette transcription à Paris. Tout en réservant une discussion détaillée du manuscrit et ses particularités, notons que ce livre a été copié sur un archétype* (a) *en demi-onciale Hiberno-Saxonne ou « insulaire »* (b) *par un scribe Bas-Allemand ou Néerlandais et que* (c) *l'ouvrage doit être attribué à Remi d Auxerre.*

Nous ne pouvons finir sans exprimer notre reconnaissance à MM. Châtelain et Thomas, et à D. Germain Morin à qui nous devons quelques citations patristiques.

Les matériaux pour notre « Index Latinus » *ont éte en grande partis réunis par les soins de notre élève Miss Ethel Sanders.*

Paris, le 21 juillet 1907.

PA
8420
R22
P8

LISTE

DES PRINCIPALES ABRÉVIATIONS

et des Ouvrages cités.

---

a, *b*, *c*, etc., indiquent les divisions des gloses dans notre texte.

Albric. Albricius dans les Auctores Mythographi Latini ed. Aug. van Staveren. Lugd. Batav. et Amstelæd., 1742.

A. L. L. ou *Archiv.* Archiv für lateinsiche Lexicographie und Grammatik de Wœlfflin. Leipzig, 1886 et ss.

Ambros. Les ouvrages de saint Ambroise sont cités d'après l'édition de Paris, 2 tom., 1686-90.

Anecd. Helv., Anecdota Helvetica ed. Hagen. Lps., 1870.

Ap., apud.

Apul., Apuleius ed. Hildebrand, 2 tomes, Lps., 1842.

Arev., Arevalus, rédacteur de Prudence et S. Isidore.

Arnob adv. gent. Arnobius adversus gentes, ed. Fr. Oehler. Lps., 1846.

Asc. et *Ps.-Asc.*. Les commentaires sur Cicéron ascrits à Asconius sont cités d'après l'éd. de Baiter-Halm. Turici, 1833.

Aug., S. Augustin, éd. Benedict., 11 tomes. Paris, 1689-1700.

Biblia Sacra, éd. Fillion. Paris, 1887.

c., caput; *cc.*, capita.

Cass. inst.. Cassiani Institutiones : nous avons suivi les indications dans les Glossæ Emendatæ (voir *Gl. E.*).

cf., confer; *cff.*, conferantur.

C. Gl., Corpus Glossariorum Latinorum edd. Gœtz. Lœwe. Gundermann, tomes II-V. Lps., 1878-1884. Cf. *Gl. E.*

Cic., Cicéron, œuvres citées d'après Baiter et Kayser, 11 tomes. Lps., 1860-1869.

Cod.. Codex. Pour les différents codices de Prudence nous suivons les sigles de Dressel; pour ceux des gloses nous suivons soit Arevalus (Vat. *A*, Vat. *B*), soit Dressel (gl. *a*, etc.).

Comm. Luc., M. Annæi Lucani Commenta Bernensia ed. H. Usener. Lps., 1869.

Curt.. Curtius Rufus für den Schulgebrauch herausg. v. Th. Stangl. Lpzg., 1902.

D, le « Servius Danielis » ou « plenior » ou « interpolator Servii. ».

Dig., Digesta rec. Th. Mommsen, édition mineure,

Don., Donati quod fertur commentum Terenti, ed. Wessner. Lps., 1902-1905.

Dr., Dressel, rédacteur de Prudence. Lps., 1860.

Ducange, Glossarium Mediæ et Infimæ Latinitatis, cité d'après l'éd. de Didot, 7 tomes. Paris, 1840-1850.

Fest., Festus, ed. Mueller. Lps., 1839.

Firmic. Mat., Firmicus Maternus, ed. Fr. Oehler. Lps., 1847.

Flor., Florus, ed. C. Halm. Lps., 1872.

Fulg., Fulgentius Planciades, ed. Helm. Lps., 1898.

Gell., A. Gellius, ed. M. Hertz. Lps., 1861-77.

Gl. E., Glossæ Emendatæ, c'est-à-dire les tomes VI et VII du Corpus Glossariorum Latinorum.

Gl. P., Glossemata de Prudentio, ed. J. M. Burnam. Cincinnati, 1905.

Greg., *Dial.* ou *Moral.* Les œuvres de S. Grégoire le Grand sont citées d'après l'édition de Paris, 4 tomes, 1705.

Gr. L., Auctores Grammatici Latini, ed. H. Keil, 7 tomes. Lps., 1856-80.

Hieron., Hieronymus, ed. Vallarsius, 11 tomes. Veronæ, 1734-42.

Hor., Horatius, edd. Keller et Holder. Lps., 1864-69.

Hyg., Hyginus Fabulæ et Poeticum Astronomicum, dans le recueil de v. Staveren.

Is., Isidorus Origines, Naturæ rerum, etc., ed. Arevalus, 7 tomes. Romæ, 1797-1803.

Ison, *Iso*, les gloses du maître Ison citées d'après Arevalus.

Iuvenalis, ed. John. Berolini, 1851.

Kœrting, Lateinisch-romanisches Wœrterbuch, 2e éd. Paderborn, 1901.

Lact. I. D. ou *Inst. Div.*, les Institutiones Divinæ de Lactance, ed. O. F. Fritsche. Lps., 1842-44.

l. c., loco citato ; *ll. citt.*, locis citatis ; quelquefois *l. l.*, loco laudato ; *loc.*, locum.

Liv., T. Livius erklaert von W. Weissenborn, 10 tomes. Lpzg., 1873-94.

Luc., Lucanus, ed. Franken. Lugduni Batav. (sans date).

Lucil., Lucilius, ed. Marx. Lps., 1904-05.

Lucr., Lucretius, généralement cité d'après la 4e éd. de Munro, 3 tomes. Cambridge, 1886.

Macr., Macrobius rec. Fr. Eyssenhardt. Lps., 1868.

Mart. Cap., Martianus Capella rec. Fr. Eyssenhardt. Lps., 1866. Y compris les Scholia in Germanici Aratea.

M. V., Scriptores Mythographi Vaticani, ed. Bode., Celle, 1834.

Non. M., Nonius Marcellus, ed. L. Mueller, 2 tomes. Lps., 1888.

Oros., Orosius, ed. Zangermeister. Vindob. 1882.

Ovid., Ovidius, ed. P. Burmann, 4 tomes. Amstelod., 1727.

Pap., Papias : Je me suis servi de l'exemplaire de la Sorbonne, Incunables 139.

Paul., Pauli epitome ex Festo, ed. Mueller. Lps., 1839.

Persius, ed. Jahn. Lps., 1843.

Phædr., Phædri fabulæ, ed. L. Muller. Lps., 1868.
Plac. Ach., *Th.* Lactantii Placidi qui fertur in Statii Thebaidem commentarius, ed. R. Jahnke. Lps., 1898.
Plin. N. H., Plinii Naturalis Historia, ed. Sillig, 8 tomes. Hamburg, 1851-58.
Prud., Prudentius, cité d'après les édd. de Dressel. Lps., 1860 et d'Arevalus, 2 tomes. Romæ, 1788-89. Les œuvres du poète sont indiquées par les mêmes abréviations que chez Dressel : *A.* ou *Apoth.*, Apotheosis ; *C.* ou *Cath.*, Cathemerinon ; *D.* Dittochæon ; *H.*, Hamartigenia ; *P.*, Peristephanon ; *Ps.*, Psychomachia ; *I. S.* ou *Sym.*, etc. ; *I* ou *II* adversus Symmachum. On a employé *Pr.* soit pour la Præfatio generalis, soit pour les préfaces aux livres divers, et encore pour proœmium, c'est-à-dire les introductions aux gloses.
Ps. peut signifier les Psaumes bibliques.
Quint., Quintilianus, ed. C. Halm. Lps., 1868-69.
Rat., Codex Ratisbonensis, cité par Dressel.
Schol. Acr. ou *Schol. Hor.* Les Scholia Horatiana sont cités quelquefois d'après Hauthal. Berlin, 2 tomes, 1864-66, quelquefois d'après Keller, 2 tomes. Lps., 1902-04.
Schol. Bern., Scholia Bernensia ad Vergili Bucolica atque Georgica, ed. H. Hagen. Lps., 1867.
Schol. German., voir *Mart. Cap.*
Schol. Veron., voir *Serv.*
Serv., Servii Grammatici qui feruntur in Vergili Bucolica, Georgica Aeneidem, etc., 3 tomes. Lps., 1878-1902 : le troisième tome contient l'Appendix Serviana i. e. Philargyrius, Scholia Veronensia, Probus, Brevis Expositio, etc.
Solin., Solinus, Collectanea, etc., 2e éd. par Mommsen. Berlin, 1895.
Ss., quæ sequuntur, etc.
Stat., Statius, généralement cité d'après l'éd. de Bæhrens et Kohlmann, 2 tomes. Lps., 1879-84. Commentaire, voir *Plac.*
Steinmeyer, etc., Steinmeyer und Sievers Althochdeutsche Glossen gesammelt und erlæurtert, 4 tomes. Berlin, 1884, ss.
s. v. vv., sub voce, sub vocibus.
Tac., Tacitus, ed. C. Halm. Lps., 1889-91.
Ter., Terentius, ed. Umpfenbach. Berlin, 1870.
Ulp. Dig., voir *Dig.*
V. ou *v.*, vide ou voir.
Val. Max., Valerius Maximus, ed. C. Kempf. Lps., 1888.
Varro l. l., Varro de lingua latina, ed. Spengel. Berlin, 1885.
Vat. A ou *B* cités pour les gloses dans le Prudence d'Arevalus.
Vitr., Vitruvius, ed. Rose. Lps., 1899.

Les *lemmata* en majuscules indiquent que le texte de Prudence est semblable, tandis que des italiques déclarent des variantes. Mais celles-ci s'emploient très souvent pour le sujet d'une note. Les mots entre < > ont été ajoutés par le rédacteur.

PRAEFATIO

(In Gennadii vitam Prudentii)

SAECVLARIS[1] LITTERATVRAE 1 r° *a*) quia per LVII annos mundia moribus fuit retentus vel quia[2] plurimum poemata legit.

DITTOCHEVM[3] dicitur *b*) duplex refectio et ideo sic praetitulatur quia de veteri et novo testamento compositus habetur. *c*) Exa graece VI, ἡμέρα[4] dies : inde EXAMERON opus sex dierum. *d*) Ψυχή[5] graece anima, machia pugna : hinc PSICHOMACHIA pugna animae cum vitiis.

e) Iste liber ymnorum vocatur graeco nomine καθημερινός[6] id est cotidianus quia cotidie potest cani. *f*) Inveniuntur enim ibi ymni omnibus horis in Christi laude canendi.

(In Prudentii Praefationem).

8. *a*) FERVLAE dictae a fervore, eo quod fervere id est tremere discipulos faciant et hic ostendit grammaticum se fuisse. *b*) FERVLA est proprie genus arboris cuius succus tapsica vocatur. *c*) Grammatici autem FERVLAS portabant ad feriendos discipulos : hinc Juvenalis (I, 15) « Et nos manum ferulae subduximus ». *d*) Ante quintum decimum annum pueri praetexta utebantur, postea vero sub disciplina togae vivebant <cum> in juvenile robur evaderent.

9. FALSA id est rethoricam ac dialecticam quae aliquando falsa concludunt[7].

1. Saeculares. — 2. Vel quia om. ; supplevi ex Gl. P. — 3. Dirocheu. — 4. nemera. — 5. Psiche. — 6. Caetamerinos. — 7. condudunt.

10. *a*) Protervia et PROTERVITAS idem est, superbia scilicet male perseverans. *b*) Solent enim judices et advocati in causa quam proponunt perseverare donec vincant [1].

11. HEV PVDET *a*) pudet dicimus de praesenti, piget de praeteritis. *b*) Pudet me facere, piget me fecisse.

23. IRREPSIT irrepere est aliquid latenter rapere.

29. BONA VEL MALA *a*) Media dicit; unde et Salomon (Eccl. IX, 10) dicit, « Non est prudentia [2], non est sapientia apud inferos quo tu properas ». *b*) Media ergo sunt quia in hac vita et bonis et malis [3] communiter eveniunt.

30. *Aboleo* componitur a verbo leo quod in usu non est, sicut deleo [4] : inde et loetum dicitur id est mors.

33. CVIVS HABEBERIS ad quem solum pertinebis post mortem aut ut remuneret aut ut damnet.

37. *Ymnus* graece, laus latine.

41. *Idea* graece dicitur forma.

44. *a*) *Emico* est exilio vel commoveo : unde Virgilius (Aen. X, 396) « Emicant digiti ». *b*) Dicitur emicare splendere quia quod splendet exilit [5] et in motu est.

Cath. I, 1. ALES id est gallus qui diem canendo denuntiat, Christum convenienter designat qui mentes hominum ab infidelitatis errore revocans ad vitam veramque lucem excitat.

6. *Deses* dicitur piger a diu sedendo sicut reses a resedendo.

14. *Culmen* a culmo unde antiqui culmina domorum cooperiebant.

23. *a*) *Exercitus* dicitur fatigatus, exercitatus vero doctus. *b*) Exercitus id est multitudo hominum aliud est [6].

26. Haec et hoc praepes.

37. DAEMONAS dicitur graece quasi δαήμονας [7] id est omnia scientes.

1. Protervia-vincant post « me fecisse ». — 2. Est prudentia, erasum. — 3. Rasura : et malis om. — 4. Del. — 5. Exilire. — 6. 14, 23 post 26. — 6. 37 post 1. — 7. Dàmonas.

43. *Situs* dicitur proprie lanugo quaedam [1] in locis sole carentibus nascens.

54. PRAECO est proprie vocimissarius qui adventum principis adnontiat [2].

59. CVM MENS MANERET INNOCENS quia quamvis voce Christum negaret timore correptus, mens tamen et animus fidem servabant [3].

73. *a*) *Probus* autem quasi proibus et justus qui se ab omni malo prohibet. *b*) Alias vero improbus dicitur perseverans : unde Virgilius (G. I., 145-6), « Labor improbus omnia vincit. »

82. SOBRII σώφρων [4] graece parcus sive temperans (1 v°) unde σωφροσύνη [5] temperantia dicitur.

89. *Frivolus* dicitur fere obolus id est vix obolum valens.

Cath. II, 7. COLOR REDIT. Secundum phisicos loquitur, qui dicunt omnia colorata in nocte colorem perdere, luce iterum redeunte illis redire colorem.

15. MANE adverbium est temporis, sed in hoc loco nomen est quia conjungitur declinabili parti ut est (Verg. G. I, 325.) « Mane novo ».

36. Serium dicitur utilitas vel honestum.

40. INSTITOR id est negotiator dicitur ab insistendo : nam institutor venit ab instituo.

42. Clasen [6] Graece tuba Latine : *hinc clasicum*, sonus tubae.

45. *Fenus* est aucta pecunia dicta a feno quod manipulis augetur.

58. DISPICE id est diligenter inspice : vel despice, id est deorsum aspice.

59. Fucus dicitur de omni colore : unde *fucatas vestes* dicimus quoquo modo fuerint tinctae.

71. *Ebenus* est genus ligni nigri quod incisum vertitur in lapidem.

108. A LUCE PRIMA totum intellege diem, ut a custodia matutina usque ad noctem perducatur.

1. Quadam. — 2. 54 post 14. — 3. Seruabant corr. ex servabat. — 4. Sobra, sobros. — 5. Unde σωφ. om. — 6. κλάζειν?

Cath. III, 16. *a*). Per id quod continet, id quod continetur : per fercula cibos. *b*) FERCVLA enim sunt Graece, clarni Latine dicitur.

17. *Patena* vas aptum receptui potus, *patera* vero dicta est a patendo.

23. AMBROSIVS *a*) βρῶσις [1] Graece cibus : hinc ambrosia dicitur cibus deorum, sicut nectar potus. *b*) *Bromius* dicitur gulosus, et ambrones dicuntur qui carnibus humanis vescuntur.

26. *Hedera* quae in muris nascitur poetis consecrata est qui intra muros habitare solent.

29. *a*) *Strophium* cingulum ; ita dictum quod a renibus [2] ad anteriora convertitur. *b*) Nam στροφή [3] Graece, conversio Latine.

42. *Maculae* sunt internodia retis quae et plagae dicuntur.

55. *Baca* generale nomen est omnium fructuum qui molliore cortice teguntur.

57. *a*) Subpetias dicimus pluraliter auxilia : unde legimus in historiis « Praebuerunt suppetias » id est auxilia. *b*) Hinc *suppedito* verbum, ministro vel auxilior.

63. *a*) Hinc aperte demonstrat quid est SILIQUA, dum dicit « feta multo legumine ». *b*) Demonstrat vero SILIQUA esse folles vel tecas omnium leguminum. *c*) Unde Virgilius (G. I, 74), « Siliqua quasante legumen », id est resonante.

66. MVLCTRA id est vas ubi mulgetur ; mulctrale locus est.

71. *Cecrops* fuit rex Atheniensium : hinc CECROPIA MELLA dicuntur.

91. QVOD CALET HALITVS hortatur omnia quae in fratre sunt [4] ad laudem Dei id est hoc quod vivo et quod possum loqui sit laus Dei.

97. *Argilla* dicta est terra de qua creatus est Adam.

98. MEDITATA id est operata : sic et Virgilius (G. III,

1. brosis. — 2. rentib. — 3. strophe. — 4. leg. quae infra te.

153), de Junone, « Inachiae pestem meditata juvencae ».

99. MATERIES dicitur quasi mater rei.

129. SOLVM quicquid aliquid sustinet, solum potest dici : sic terra et hominum solum est et animalium, aer avium, mare piscium.

199. PHLEGETHONTE[1] φλόξ[2] Graece flamma : hinc Flegetos fluvius infernalis, flameus.

203. SARCOPHAGO σάρκα[3] Graece caro, φαγεῖν[4] comedere[5] : hinc sarcofagum dicimus eo quod carnem comedat, ossa reservet[6].

Cath. IV 1. PASTIS VISCERIBUS *a*) metrum falaecium. *b*). Primus pes spondeus, secundus dactilus, et tribus trocheis clauditur.

4. *a*) CHERVBIM hinc reprehenditur quod dixerit Deum sedere super cherubim et seraphim. *b*) Ut enim Beatus Hieronimus dicit (Ep. ad Damas. XVIII, 17), Super Cheruphin « Deus tantum sedet », sed sciendum quia vir iste secularis erat nec adeo in divinis misteriis eruditus. *c*) Cherubin et seraphin Hebraice per m proferuntur (2r°) et masculini generis, Graece vero per n et neutri generis : unde dicimus beata seraphin. *d*) Dicitur cherup et serap propria[7].

7. SABAOTH quartum nomen Dei est quod Graece δυνάμεων[8] Latine virtutum vel militiarum sive exercituum.

37. PRAECLVENS cluo verbum id est ausculto : hinc PRAECLVENS et praecluus nomine id est nobilis sive gloriosus.

43. TYRANNVS Graece rex Latine, invasor aliene potestatis.

49. COMINVS quasi cum manibus.

51. RICTIBVS ringo, os aperio : hinc rictus, nimia oris apertio.

54. INDIGENSQVE *a*) id est cibi[10]. *b*) Victus genetivus est. *c*) Indigeo illius rei et illa re et illam rem.

1. Flegetonte. — 2. flos. — 3. sarca. — 4. fage. — 5. Comde. — 6. reservat. 7. 4 post 7. — 8. dinamaion. — 9. post 1. — 10. Id est cibi *supra*.

58. INEMPTAS[1] id est viles : res enim vilis quae abundat non emitur.

59. *Abbacuc* amplexans interpretatur.

72. *Alleluia* cantare ei qui est vel laudare Deum interpretatur.

95. NIL Q. P. id est nihil est dultius ac magis saporum.

96. ORSA ordior[2] orsus sum id est coepit fari.

Cath. V. Metrum Asclepiadeum ex spondeo et duobus coriambis, et pirrichio vel iambo clauditur.

5. REGIAM *a*) id est palatium. *b*) Regia[3] etiam dicitur janua.

6. LVNARIQVE P. L. P. id est quamvis, inquid, noctem sideribus et lunari lumine illustres.

14. Λύχνος[4] Graece, lucerna Latine.

15. FAVIS FLOREIS id est quia de flore favi[5] efficiuntur.

18. LINTEOLO *a*) ex canabi vel lino. *b*) SVGGERIT sumministrat. *c*) EBRIO[6] id est madido de sagino vel oleo.

19. Pin graece : hinc PINVS arbor dicta quod acuta habet folia.

20. SEV CERAM fiunt cerei vel candelae : candela autem dicta quod a candendo deleatur.

26. ATRIA dicuntur ab atro id est a fumo, quia antiqui in atriis domus prandebant.

31. *Rubus* est genus virgulti spinosissimi.

36. Hoc *voluclum* et haec *volucla* dicitur quo aliquid involvi potest, sicut vestes et calcei et caetera talia.

47. *Cohors* proprie quingenti milites[7], sed hic pro exercitu ponitur.

52. *Gnosus*[8] metropolis Craetae a qua omnis Craeta Gnosia dicitur.

53. (In margine). Cuneus dicitur
exercitus proce-

1. ineptas. — 2. orior. — 3. reia. — 4. lichnus. — 5. fauii. — 6. hebrio. — 7. milit̄. — 8. G gn° σός.

dens prima fronte
acuminata
ad similitudine
cunei.

56. CLARA DRACONIBVS illa vexilla dracones in se habebant, sicut Romana aquilas.

57. SERVITII PRISTINI id est prioris quia[1] servierant Aegyptiis.

58. *Pelusium* civitas Aegypti a qua Aegyptus sic dicitur.

60. *a*) *Rubrum mare* dicitur non quod rubrum sit per se, sed quia rubra habet littora. *b*) Aqua enim non habet per se colorem sed ex rebus circumpositis colorem trahit, caelo scilicet vel terra sive aliis rebus.

68. DVM PLEBS PERMEAT ferunt autem quidam quod singulis tribubus singulae viae factae sunt per mare : hinc Psalmus (CXXXV, 13), « Qui divisit mare in divisiones ».

69. PVBES DECOLOR id est juventus Aegyptiaca, nigra propter calorem solis.

77. CVRRVS T. E. E. post enumerata beneficia, ad laudem Dei se confert.

80. ARCIS *a*) id est potestatem. IVSTITIVM *b*) iustitium proprie est juris statio sicut solstitium solis statio : ponitur autem pro luctu et re vera ubi justitia statur, relinquitur, luctus esse potest.

82. PHARON *a*) id est Aegyptum. *b*) Pharos est civitas Aegypti, a qua reges Aegypti pharaones vocabantur.

89. Cum IEIVNA[2] *a*) (id est arida) heremi. *b*) Singula beneficia Dei enumerat quae fecit erga populum Hebreorum.

92. SVB IGNEO id est sub perusta plaga id est per Arabiam.

94. *Aticum* Graece flos : hinc Aticum MEL quod pretiosum.

97. NINGVIDVS *a*) id est candidus. *b*) Ninguit unum est de exceptivis verbis : unde ninguidus.

1. qua. — 2. inuna.

102. ALITES id est coturnices vel (spatium 22 millimetrorum) cadivae id est pasmos facientes.

108. MISTICIS id est secretis, spiritalibus.

109. PER FRETA SECVLI id est labores praesentis vite.

114. CALTAQVE PINGVIA id est herba crocea.

117. *Balsama a*) xilobalsamum lignum balsami. *b*) Nam ξύλον[1] Graece lignum, opobalsamun cortex ; ὀπός[2] enim Graece (2 v°) caverna. *c*) Et cortex ipsius arboris flebotomo inciditur et sic de caverna eius gutta balsami stillat. *d*) Carpobalsamum[3] fructus quia καρπός Graece fructus.

118. RARA ac per hoc pretiosa.

119. ET FOLIVM folium est herba pretiosissima quae dicitur venire de paradiso : unde fit unguentum preciosum, de quo Juvenalis (VI, 464) « Ad me venit meretrix foliato peruncta ».

125. SVNT ET SPIRITIBVS *a*) animabus peccatorum. *b*) Hoc pium est licet non sit auctoratum.

128. EX ACHERONTICIS χαίρω[4] gaudeo : hinc acheros (ἀχαρής, ἀχέρων?) sine gaudio.

130. IMBVIT respergit.

133. MARCENT id est deficiunt, cessant.

136. SVLPHVRE *a*) sulphur in se naturaliter ignem habet. *b*) Unde et dicitur quasi soli πῦρ[5] id est terrae ignis, qui aetiam in aquis vigorem suum tenet.

142. PER LAQVEARIA laquear et laqueare facit : idem est et lacunar.

143. LANGVIDVLIS *a*) parvis, marcentibus. *b*) FOTA id est nutrita. *c*) NATATIBVS id est flammis. *d*) Natatus dicit olei in quo papirus natat.

145. AREAM id est planiciem id est tabulatum templi.

145-6. « Sic », inquid, « clare rutilant luminaria in laquearibus dependentia, ut putes esse GEMINOS TRIONES » id est duas ursas Elicem et[6] (spatium 9-10 litt.) quae

1. xilon. — 2. opos. — 3. carbobalsamu. — 4. chero. — 5. pir. — 6. Adde Cynosuram.

sunt in septentrionali parte habentes praelucidas stellas.

158. GLORIA gloria tua quae est invisibilis per illum facta est visibilis.

163. CONTINVAT *a*) id est conjungit. *b*) NVMINE TRIPLICI id est Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Cath. VI. Metrum iambicum dimetrum [1], catalecticum primo loco et spondeo vel iambo, secundo semper iambo, tertio loco iambo vel spondeo.

1. ADES *a*) pro adsis. *b*) SVPREME id est excelse [2] venit a *supra* et scribitur cum uno p : cum vero componitur a *sub* et [3] *premo* cum duobus pp scribitur.

7. DEVS EX DEO id est Filius ex Patre.

8. DEVS EX UTROQUE id est Spiritus Sanctus.

13. PROCELLA dicta est quod procellat mentem.

18. LETHEA VIS *a*) λήθη [4] Graece sopor vel oblivio: lethargus, morbus qui generat mentis oblivionem et corporis somniculositatem : letargicus dicitur per dirivationem. *b*) Lethargia, oblivio.

26. AMICA delectabilis.

27. FERIATVM id est quietum, otium (leg. otiosum)

28. PLACAT scilicet illa quies.

29. LIBER solutus.

30. RAPIDO veloci.

32. OPERTA oculta.

34. ORIGO caelum quia caelestis est.

35. AB AETHRA ether est elementum; ethra vero splendor ipsius elementi sicut et fulgur elementum est, fulgor vero splendor ipsius fulguris.

36. INERS *a*) id est pigra. *b*) Hic et hec et hoc iners.

40. TENVI id est subtili.

41. Sed sensa *a*) id est sensus. *b*) Sensa pluraliter tantum reperitur pro sensu: hinc Tullius « Caro <laesa [5]> ledit sensa », sicut verum pro veritate et justum pro justitia.

42. DISPAR *a*) id est dissimilis. *b*) FATIGAT id est lassat.

1. dimetirum. — 2. excelse, supra. — 3. eo. — 4. Lethos. — 5. laesa Vat A.

43. Splendor *a*) id est visio superna. *b*) INTERERRAT[1] id est intervenit.

45. DISSIPATIS VERIS evacuata veritate.

48. AMBAGE id est dubietate.

49. QVEM id est illum.

51. HUNC *a*) id est talem. *b*) LVX id est veritas. *c*) SERENA id est clara. *d*) VIBRANS id est resplendens.

53. ATQVI id est sed ille.

54. COR *a*) scilicet suum. *b*) IMPIAVIT id est maculavit.

57. HOC *a*) scilicet dico. *b*) PATRIARCHA NOSTER id est Joseph.

59. GEMINIS id est pincernae et pistori.

60. APPROBAVIT id est laudavit.

61. QVORVM ex quibus unus pincerna.

62. TIRANNO *a*) id est Pharaoni. *b*) Τύραννος[2] Graece, rex Latine : apud Latinos autem in malum semper ponitur. *c*) Est enim tirannus qui aliorum invadit possessiones.

63. AST ALTERVM scilcet ministrum id est pistorem[3].

64. FIXVM *a*) id est crucifixum. *b*) VORANT id est comedunt.

66. PERPLEXA id est obscura, ligata.

67. MONVIT scilicet Joseph.

68. ACERVIS cellulis granariis.

69. *Tetrarcha* vel *tetrarches* est quarte partis regni princeps : unde tetrarcha dicitur ipsa possessio.

72. SOCIAM *a*) scilicet Pharaoni. *b*) VIRGAM id est sceptrum.

75. TVENDA id est videnda scilicet clara.

76. TACENDA non dicenda.

80. NEBVLIS id est obscuritatibus.

81. TONANTIS id est Dei Patris.

82. DE CEDE *a*) id est Passione. *b*) PVRPVRANTEM id est sanguineum.

1. interat. — 2. Tirranno. — 3. pistonē.

84. RESIGNAT *a*) id est aperit. *b*) Resignare dicimus aperire.

86. ANCEPS *a*) dicitur quasi ambiceps, id est duo capita habens utrimque[1] acutus. *b*) GLADIVS ANCEPS significat sermonem Dei qui bis acutus dicitur, quia corpus et animam interficit.

89. QVESITOR id est judex, dicitur ab inquirendo id est examinando facta cuiusque.

94. RETVNDIT id est mitigat.

98. TRIBVNAL *a*) id est juditiariam sedem. *b*) Tribunal sedes judicis et cathedra sedes judicis : solium sedes regis et dicitur solium quasi solidum, ex uno ligno factum ad tutamentum[2] regii (3 r°) corporis.

103. MONSTRO id est Diabolo.

104. TROPEVM id est victoriam.

105. BESTIAM CAPACEM id est recipientem omnia.

107. CARIPIDIM Caripidis est locus periculosissimus in mari qui naves devorat ad se venientes : unde et Antichristus Caripdis vocatur qui omnes devorare conabitur.

108. IOHANNES... (lacuna non indicatur).

114. *a*) RELAXAT id est diffundit. *b*) HEROS id est senex.

121. SAT EST *a*) id est sufficit. *b*) Sufficit, inquid, si sine timore securi dormire possimus.

124. VMBRAE id est larvae.

127. ROREM id est liquorem.

128. INNOTATVM id est signatum.

139. PROCVL ESTO *a*) id est procul[3] sint. *b*) PERVICACI id est perseveranti.

140. PRESTIGIATOR id est vulnerator.

142. PER MEANDROS id est tortuositates.

146. LIQVESCE id est evanesce.

149. FATISCENS id est lassum, deficiens.

150. RECLINE id est quiescens.

1. Utrūq. — 2. tŏtamtū. — 3. pro.

Cath. VII.

Iambicum trimetrum catalectum. Primus iambus senarius[1], secunda regio[2] habet iambum, alia spondeum vel iambum.

1. O NAZARENE quia in Nazareth conceptus et nutritus fuit.

2. PROTVLIT id est perperit.

3. PARSIMONIIS *a*) id est jejuniis. *b*) Parco peperci vel parsi facit praeteritum : hinc venit parsimonia, id est parcitas ciborum.

5. LITAMVS id est sacrificamus.

6. PROFECTO *a*) id est certe. *b*) MISTERIO id est jejunio.

7. VIVIDI id est viventis.

9. ARVINA *a*) id est pinguedo ventris. *b*) PVTREM id est liquefactum. *c*) CRAPVLAM id est indigeriem vel nauseam.

10. STRANGVLATE id est suffocate.

12. DEGENER *a*) id est ignobilis. *b*) SOCORDIA id est pigritia.

13. *a*) LEPOS id est facundia : tractum est a leporinis carnibus quibus ad vescendum nulla caro suavior habetur.

b) FRONTEM LOCVMQVE CORDIS, haec sunt duo liminaria que sanguine agni jubebantur respergi : sicut enim frons superliminare est capitis, sic et cor (alia manus addit supra : pectus) superliminare et principale capitis (vel cordis : addit eadem manus).

c) *Jejunium* dicitur quasi inedium vel a quadam parte intestinorum[3], que semper exilis est et vacua jejunaque.

15. PARCAM id est sobriam.

18. SEQVITVR *a*) id est consequens. *b*) MARCIDA id est tepida (supra : ipsa scintilla).

19. SCINTILLA *a*) id est ingenium nobile. *b*) TEPESCAT id est arescat.

1. senerius. — 2. regie. — 3. corr. ex intestinaru.

20. STERTAT id est obdormiat.

22. TERSA *a*) id est mundata. *b*) EMICET id est exiliat.

23. PERSPICAX id est subtilis.

26. HELIA *a*) id est primus heremita. *b*) OBSERVANTIA scilicet jejuniorum.

27. VETVS SACERDOS *a*) id est antiquus. *b*) Jepte dum iret ad preliandum contra gentes, vovit se Deo immolaturum quicquid ei revertenti[1] a prelio cum victoria occurrisset. *c*) At ille victor effectus domumque revertens, invenit filiam sibi obviam cum timphanis venientem, quam voluit Deo sacrificare : Finees autem sacerdos eam defendere non valens relicto sacerdotio adiit desertum. *d*) Ergo Judaei aestimant eum fuisse Heliam : inde a Prudentio vocatur « vetus sacerdos. » (3 v°) *e*) ARIDI id est deserta.

28. REMOTVM *a*) id est separatum. *b*) SEGREGEM id est segregatum, separatum a grege : unde egregius dicitur quasi electus a grege.

29. FREQVENTIAM id est multitudinem.

30. SIRTIVM *a*) id est heremi. *b*) Syrtes sunt loca arenosa in mari : syrtes etiam in terra habentur.

32. CVRRV PREPETE id est angelico coetu.

37. MOYSES de aqua tultus interpretatur, quia Termat filia Pharaonis traxit eum de aqua.

39. PERAGRANS id est perlustrans.

40. SVBSTANTIA id est victu.

41. VICTVS id est cibus.

42. PERNOX id est pervigil.

44-45. DONEC EXPAVIT [Lacuna non indicatur] LOQVENTIS VOCE PERSTRICTVS DEI.

53. CLIVOSA *a*) id est alta. *b*) CONFRAGOSA id est aspera.

56-57. NON VSITATIS ORTVS scilicet quia parentes illius senes erant.

1. reuertendi.

57. IAM VIETO id est recurvo[1], sene.

58. SERVS id est tardus.

63. SETIS id est pilis.

65. OPPIDORVM id est civitatum.

66. ILLIC *a*) id est in solitudine. *b*) PARCVS id est modestus.

69. PARVVM *a*) id est modicum. *b*) ET FAVORVM AGRESTIVM scilicet mellis. *c*) *Locusta* est quaedam avis digitalis molis[2] acri volatu sed deciduo. *d*) Non revera mel comedebat, sed folia cuiusdam arboris que confricata mellis saporem dabant[3].

72. IN FLVMINE scilicet Jordanis.

73. PIETAS scilicet illius Johannis.

74. DEFECAVERAT id est purgaverat.

75. CAELO REFVLGENS INFLVEBAT infl. s. (expunxit scriba) (deest Glossa).

76. HOC E. L. L. D. CRIMINVM. *a*) Hoc non est auctoratum, nam Johannes in aqua tantum baptizabat, non in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. *b*) Ergo illius baptisma nihil proderat nisi ut Christo viam praepararet baptizaturo.

78. PVLCRVM SPLENDEAT id est luceat.

80. SVDVM *a*) adverbium[4]: sudum aerem dicimus post pluvias quasi subudum tunc enim melius splendescit : hinc tractum est. *b*) PRAENITENS subaudis ipsa lux.

82. PRODITVM *a*) id est manifestum. *b*) VOLVMINE scilicet Jonae.

84. BENIGNVM adverbium[5].

86. INSOLENTI id est superbia.

88. VVLGO id est passim.

89. BRVTO *a*) scilicet stulto. *b*) FASTIDIO[6] id est fastu, superbia.

90. NEGLEGEBAT id est spernebat.

93. ROMPHEALI romphea est gladius bis acutus.

1. returuo. — 2. mollis. — 3. Glossa post 74. — 4. Adū. *supra*. — 5. Adū. *supra*. — 6. Fasto.

96. DVM DATVR DIECVLA secundum Septuaginta XL, secundum Hebreos tres.

98. NVGAS id est vanitates ineptias.

99. EXORABILIS scilicet Dei [1].

100. SENTENTIA id est vindicta.

101. MITIS scilicet Deus.

105. IN THARSOS id est mare.

106. PONTIBVS id est scalis.

107. REVINCTA id est disligata.

110. VATEM scilicet Jona.

111. JVSSVS est, scilicet Jona.

112. VRNA id est sors, quae in urna agebatur.

117. INCRVENTAM non cruentam.

118. IMPVNE *a*) id est sine poena. *b*) MORDICVS id est adverbialiter.

123. ERRABAT ILLIC id est in ventre ferino.

125. ANHELVS id est calidus.

128. QUA id est ubi.

129. SALSOSQVE I. *a*) id est et qua. *b*) SPVMA scilicet maris. *b*) PVMICES id est rupes vel lapides cavernosos.

133. CENSOR id est judex.

138. STRVEM id est densitatem.

139. FLAGELLIS id est viminibus.

140. NATO ET REPENTE PER V. *a*) id est quia una nocte creverat ipsa cucurbis [2]. *b*) VMBRACVLO id est cucurbitae.

142. HAVSIT id est recognovit.

146. PLACET *a*) scilicet illis. *b*) FREMENTEM id est irascentem.

147. MOS id est consuetudo.

151. PVLLATI PATRES id est nigri qui in luctu nigris vestibus utebantur : pullum enim nigrum dicimus.

155. PROVOLVITVR id est proicitur.

1. Glossa *supra*. — 2. Corr. ex cucuruis.

156. CHOOS MVRICES *a*) id est regales purpuras. *b*) Choa est insula ubi optima purpura invenitur.

159. INSIGNE efexegesis.

160. IMPENDITVR figura est.

165. *Parcitas*[1] *a*) avara. DEROGAT *b*) id est negat.

168. RORVLENTA id est rore plena.

169. STREPENTIS id est currentis.

170. VACVIS *a*) scilicet a cibo. QVERERE *b*) scilicet animalium.

175. FAVTRIX id est adjutrix.

181. MOLLE scilicet nostrum.

183. ARTA lege scilicet jejunii[2].

184. EMANCIPATOR id est liberator.

185. ANTE VICTOR scilicet adventum.

190. INBECILLVM scilicet corpus.

197. DOGMATIS scilicet jejunii : hoc est jejunium.

202. PROBAT id est laudat.

208. SCABRA *a*) id est aspera. SEGES *b*) id est densitas.

217. RAPACEM id est cupidam.

218. FACTVM bonum opus.

Cath. VIII.

HYMNUS POST IEIVNIVM.

Metrum Safficum : primum locum semper tenet trocheus, secundum spondeus vel trocheus, tertium dactilus (4 r°) et duobus trocheis clauditur.

2. HABENIS habenae sunt proprie retinacula equorum, dictae ab habendo[3].

4. LEGE id est tuo jugo.

5. IPSE *a*) id est o Christe. *b*) IMPEDITVM id est grave, scilicet quando incarnatus es[4].

7. EXEMPLIS scilicet tuis.

8. PALPAS id est demulces et reficis.

9. SVMMISSVM id est inclinatum[5].

1. Leg. parca nutrix. — 2. Glossa *supra*. — 3. Gl. post 5. — 4. Gl. post intr. clauditur). — 5. Gl. *supra*.

10. VIXDVM TRIBVS *a*) adjectio syllabica. *b*) EVOLVTIS id est VIIII horis [1].

12. PORTIO id est tres horae.

13. VINDICTA id est sumpta.

15. QVIBVS *a*) id est mensis. *b*) IMBVATVR sacietur.

18. INDVLGENS scilicet nobis.

19. OBSEQVELA id est mandatum, ab obsequendo dicta [2].

23. DECVS VVLTVS scilicet sui.

24. COMAT *a*) ornat. HONORE *b*) scilicet honorem [3].

33. RESIDEM *a*) id est pigram. *b*) GREGIQVE id est de grege.

34. MALE DISSIPANTE [4] bonus dicitur a Greco quod est BOO, malus vero a Greco quod est μέλαν [5], nigrum : unde melancholia dicitur nigra colera. *b*) Subaudire est intus in animam audire. *c*) Cucumis vel cucumer, genus pomi.

35. HIRTAE id est spinosae [6].

42. IMPLEXIS spinosis.

43. LAPPIS *a*) lappa est herba spinosissima. *b*) SVDIBVS id est spinis.

47. FLVENTIS ablativus.

58. AEQVAT scilicet ipsa cura.

59. CRATEM LVTEAM *a*) id est corpus terreum. *b*) LABORIS scilicet jejunii.

60. GRANDIOR VSVS id est immoderatus.

61. NE LIMVM id est corpus.

64. ENERVANS ipse humor.

75. FIDIMVS N. F. subaudis, quid?

Cath. IX.

Metrum [7] trochaicum trimetrum Archiloichum eptametrum ; prima regio trocheum habet, et in fine semper dactilis clauditur.

1. PLECTRVM *a*) est instrumentum eburneum vel aeneum quo tanguntur corde. *b*) Hoc loco PLECTRVM

1. 7-10 post 19. — 2. 12-19 post 4. — 3. 23-24 post 10. — 4. Dissi. — 5. Melan. — 6. 35 post 24. — 7. Meretrum.

ponit pro verbis quae formantur plectro[1] linguae. *c*) CHOREIS cantibus: chorea dicuntur carmina Apollinis (sed hic pro cantibus ponuntur) et MELODVM suave.

3. PANGAT id est canat.

4. QVEM REX SACERDOS id est David qui fuit sacerdos qui[2] aephot vestitus coram archa Dei saltabat.

5. INFVLATVS infula est vestis sacerdotalis ; proprie vero infula est redimiculum capitis quo vitta ligabatur.

6. PER MEDVLLAS *a*) id est viscera. HAVRIENS *b*) id est recipiens, scilicet ipse rex.

7. FACTA NOS David, inquit, futura cecinit miracula, nos vero FACTA etiam probata.

8. ET TESTIS EST ORBIS *a*) scilicet miraculorum. *b*) TERRA id est homines.

9. COMMINVS *a*) quasi cum manibus, id est prope. *b*) PRODITVM id est natum.

10. CORDE id est ex substantia.

11. FONS *a*) id est origo. *b*) CLAVSVLA id est finis.

14. FOSSA PONTI *a*) id est concavitas maris. *b*) TRINA MACHINA id est terra, caelum, mare.

16. OBNOXIA id est debita (debitricia? Iso.)

17. INDVIT Christus in his scilicet tribus machinis.

18. MERSERAT *a*) id est demerserat scilicet gentem. *b*) NOXALIS id est mortifera. *c*) TARTARVS dicitur ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν[3] id est a tremore : omnis enim profunditas tremorem habet.

21. OS SACRATVM cum in mundo aparuit.

37. INCREPANS pro increpat, Christus.

38. VERTAT AEQVOR ipse ventus vertat mare.

40. EXTIMVM[4] *a*) id est extremitatem. *b*) MVLIER ATTIGIT emorreussa.

43. EPHEBVM id est imberbem.

44. FVNERABAT funereis vicibus prosequebatur.

51. NEC FATISCIT id est aperitur, resolvitur.

53. M. IMPOS *a*) id est impotens, insanus.

1. pletro. — 2. quia. — 3. Apo tu tartarizin. — 4. Sextū.

56. SVILLI *a*) id est porcini, suini. *b*) EFFERATIS (deest glossa) : *fren* est membranula quae dividit superiora et inferiora ventris ; qui illam vitiatam habuerit frenesin pratitur ; ille autem *freneticus* efficitur.

58. QVALVS id est canistrum : inde quaxillus.

79. FERRVGINE id est nigredine : ferrugo est purpura Hispanica nigri coloris.

81. CHAOS Graece, caus Latine.

Cath. X.

YMNUS CIRCA EXSEQVIAS DEFVNCTI.

Metrum anapesticum [1] (4 v°) dimetrum brachicatalecticum : constat ex tribus anapestis et pentimemeri et aliquando recipit spondeum.

1. DEVS IGNEE id est qui peccata excoquis.

2. SOCIANS *a*) id est coniungens. *b*) DVO ELEMENTA id est corpus et animam.

7. TIBI D. V. L. a te vel in tuum honorem.

9. RESOLVTA id est dissoluta, separata.

14. SVPREMVM id est mortem quodammodo.

16. SIBI S. S. O. I. S. unumquodque enim elementum ad suam redit originem, terra ad terram et caetera.

17. HANC T. scilicet separationem corporis et anime.

19. ITER INVIOLABILE MONSTRAS id est quia sicut resurrexisti, similiter nos erimus surrecturi.

21. V. D. GENEROSA *a*) id est pudica corpora. *b*) CADVCIS scilicet membris.

26. LVTEVM *a*) adverbium id est spurce vel lutee. *b*) ET GRAVE id est graviter.

29. MEMOR IGNIS id est animae quae inignee est naturae.

30. CONTAGIA N. *a*) id est fragilitatem corpoream. *b*) RECUSET id est divideret.

31. HOSPITA V. id est corpus in quo habuit copulam.

34. VACVVM carens anima.

35. SPATIVM B. id est breve tempus.

1. Post *anapesticum* alia manus adicit : Magist q dē mandatū magnū in nomine patris. Probatio pennae ?

36. REPETAT *a*) id est iterum suscipiat. *b*) COLLEGIA id est societatem [1] sensus [2] et anime [2].

37. VENIENT C. S. resurrectionis terminus cum numerus electorum fuerit impletus.

38. OSSA scilicet per ossa totum corpus accipe.

40. GESTIET ille socius color.

45. HINC id est quia creditur resurrectio futura.

46. HINC id est propter resurrectionem.

48. *a*) Cymiterion Graece, dormitio Latine : hinc cimiterium [3] et cimmiteria id est] dormitoria [4] dicuntur in quibus sancti quasi dormire videntur usque ad diem juditii. *b*) ET FVNERIS id est sepulturae. *c*) AMBITVS id est ambitus et ambitio pro desiderio accipitur, sed in hoc (loco [5]) pro honore. *d*) ORNAT scilicet illos artus.

51. SABEO id est Arabico : Sabei enim dicuntur Arabici ἀπὸ τοῦ σέβειν [6] id est a cultura quia [7] apud illos nascitur tus, unde colitur Deus.

53. SAXA CAVATA *a*) id est sarcofagi *b*) Σάρξ [8] Graece caro, φαγεῖν [9] comedere Latine : inde sarcofagus lapis cavatus, carnem vorans, ossa reservans.

55. NISI QVOD RES CREDITVR ILLIS id est corpus commendatur.

57. HOC PROVIDA *a*) id est dispensatrix. *b*) CHRISTICOLARVM Christum colentium.

60. FRIGIDA MORS quae corpus gelidum facit.

66. SORTE SUB VNA sors mortis est omnibus, quia omnes moriuntur.

69. SATOR ILLE TOBIAE id est genitor, Tobias videlicet.

72. JVS PRAETVLIT E. id est legem sepulturae praeposuit epulis.

73. ILLE MINISTRIS id est pincernis [10] et caeteris.

74. ET FERCVLA ferculum est proprie discus, qui Graece dicitur clarnus.

1. Societate. — 2. *Supra*. — 3. Cymitron. — 4. Cimitium dormitiniū. Ex Isone correxi. — 5. L. (= loco). — 6. Apo tu sabein. — 7. p̄. — 8. Sarca. — 9. Fage. — 10. pincennis.

75. ACCINCTVS *a*) id est praeparatus. *b*) Accinctos dicimus praeparatos, sicut discinctos inparatos. *c*) HVMANDI id est sepeliendi.

76. OSSA DET per ossa totum corpus intellige.

77. PRECIVMQVE R. I. quia recipit visum et omnia duplicia.

81. JAM T. D. P. O. quodammodo allegorizat quod antea dixit.

82. RATIONIS EGENIS id est his qui egeni[1] sunt ratione.

89. MORS BEATIOR id est mors beata per se est.

93. SIC CORPORA MORTIFICATA *a*) id est sic, id est tali modo. *b*) Sicut corpus Christi post resurrectionem factum est inmortale, ita quoque et nostra corpora post generalem resurrectionem immortalia et incorruptibilia futura sunt.

94. MELIORIBVS ANNIS id est sempiternis id est ad meliorem vitam.

99. TVNC id est post resurrectionem.

102. LACERTOS lacerti sunt musculi brachiorum.

105. PESTIFER id est pestem afferens id est diabolus qui morbos infert.

106. ANHELVS id est fatigabundus.

108. MILLE finitus numerus pro infinito.

109. HVNC E. scilicet morbum qui est auctor morbi et mortis.

110. VICTRIX CARO id est jam immortalis facta.

113. QVID TVRBA id est utquid? apostrofam facit ad eos qui alios[2] tristantur.

119. NVLLVS SVA PIGNORA PLANGAT id est neque pater aut mater (5 r°) suorum filiorum funera plangat.

124. MEDITANTVR id est imitantur.

127. HOMINIS T. M. id est non animam sed corpus.

1. egen. — 2. Corr. ex aliO2.

132. SAPIENTIA id est anima quae est capax sapientiae.

136. ENIGMATA VVLTVS enigma est proprie obscura parabola, sed in hoc loco pro imagine ponitur.

138. CVM SPE D. I. O. ut hoc quod nunc contemplamur in spe, percipiamus in re.

141. CARIOSA (supra: putrida) VETVSTAS caries est putredo lignorum quam faciunt termetes id est vermes.

143. CINISCVLVS diminutivum est a cinere [1].

144. Dicit hoc : quod non perit humanum corpus quod non iterum resurgat etiamsi in tantum putrefactum ut pugillus cineris remanserit vel etiamsi mare obsorbuerit aut etiam per auras respersum fuerit.

145. NEC SI VAGA scilicet hominem perisse licebit.

150. REVOCAS id est de corruptione ad incorruptionem [2].

154. ELEAZAR id est Lazarus mendicus quem iste appellat Eleazarum.

161-2. PATET VIA LVCIDA id est patefacta est : nam romphea jam pellitur.

172. L. S. ODORE vel ADORE. *a*) *Ador* est genus farris quod in sacrificiis deorum ponebatur: venit autem a verbo *adoro* unde et producitur, sed alia regula repugnat. *b*) Nam omnia nomina neutri generis in *or* desinentia corripiunt *o*, ut marmor, ut aequor. *c*) His ergo regulis in vicem repugnantibus mansit ador indeclinabile.

FINIT LIBER QUI PRAETITVLATVR CATAMERINOS GRAECE, COTIDIANVS LATINE.

Cath. XI [3].

1. QVID EST QVOD ARTVM *a*) id est brevem id est brumalem : quasi nesciens interrogat quare sol ab australi circulo ad septentrionalem ascendendo recurrit. *b*) Iambicum dimetrum acatalecticum, scanditur sicut Ales diei (Cath. I) : primam versus spondeus semper, secundam regionem iambus regat, tertiam spondeus vel iambus, pirrichius omnes claudat.

1. Post 144. — 2. at incorruptione. — 3. Cath. XI et XII, in-f° xi° v° post P. x.

5. QVAM FVGACEM id est caeleberrime (l. celerrime : cf. Vat. A) fugientem.

6. FESTINA id est brevis, velox, cita.

7. SUBDVCTAM F. subtractam lucem.

8. SENSIM *a*) id est paulatim. *b*) RECISA scilicet[1] ipsa festina dies per momenta.

11. GRADATIM *a*) id est per gradum. *b*) Iterum (deest Lemma : DENVO).

12. PRIORES L. id est septentrionales : per centum octoginta lineas gradatim ascendit sol quando dies crescunt, et per easdem descendit quando videlicet decrescunt.

20. CALLEBAS id est vigebas, prudenter sapiebas, affluebas antequam aliquid faceres.

27. ANNALIVM id est annorum VI, quia in sexta aetate natus est Christus.

34. NENIAS id est vanitates ; sed proprie[2] neniae sunt scripta que pagani tumulis adhibebant mortuorum quibus nil est vanius.

35. VEL AERA *a*) id est ereas statuas. *b*) ALGIDA frigida : ideo mortua.

37. PERFIDI scilicet mortales homines, sine fide.

39. MANCIPATAM quasi mancipio traditam : mancipare dicimus servituti redigere ; hinc emancipatus dicitur a servitute liberatus.

41. NON TVLIT id est non passus est.

42. CHRISTVS scilicet subvenit.

44. FABRICA id est opus : EFFIGIES id est homo.

47. CATENAM id est vinculum peccati, quo tenebamur.

48. HOMINEM scilicet quem induerat.

50. QVOD TE id est quo humanitatem Christi alloquitur.

51. INDIDIT id est ingessit immisit.

54. MATVRA *a*) id est plena. *b*) *Fastidia* id est tedia (et venit a fastu id est superbia) per viiij menses.

1. s. *supra*. — 2. ꝺPPiœ.

61. VAGITVS proprie dicitur infantum vox.

62. VERNANTIS id est florentis per fidem.

64. VETERNVM *a*) id est vetustatem. *b*) Veternus est morbus qui et intercus et intercutaneus id est idrops ; sed hic ponitur pro vetustate. *c*) Inde dicitur (63-4) SORDIDVM VETERNVM id est senectutem vitiosam.

68. NARDVS *a*) est herba aromatica. *b*) NECTAR pro omni dulcedine ponitur.

76. MYRICA [1] Graece, genesta Latine.

80. MVTIS id est animalibus brutis, « Agnovit », enim (Isai I, 3) « bos possessorem » et caetera.

82. INDOCTA TVRBA scilicet quid est illud pecus?

83. EXCORS NATIO id est stulta natio [2], sine corde : intenti tantummodo de pastu corporis curant.

89. NEGAT (12 r°) PATRVM PROSAPIA id est Judei scilicet filii prophetarum.

91. EBRIAM scilicet ipsam prosapiam.

93. QVID PRONA id est quia raperis in deterius.

97. LATEBRA *a*) id est latibulum praesepis. *b*) OBSTETRIX id est Sefora.

101. PECCATOR o populi Judaeorum.

102. CORVSCIS N. in nube enim apparebit in juditio, (Apoc. I, 7).

103. ET INRITIS inmanibus, nihil proficientibus.

107. CARDINEM id est caelum aerium divisum.

109. IPSE *a*) scilicet Christus. *b*) ET PRAEMINENS id est excelsus, supereminens.

HYMNUS EPIPHANIAE. *a*) Idem metrum quod supra sicut (C.I) *Ales diei*. *b*) Epiphania superapparitio vel superficies : ἐπί [3] super φαίνω [4] appareo : teophania vero dicitur aparitio.

5. STELLA *a*) in ore canis quae Iulio mense oritur et multa mala suo calore corporibus hominum ingerit. *b*) Ideo dicit (5) « HAEC STELLA Q. S. R. »

13. QVAMVIS SID. id est polum septentrionalem dicit.

1. Mrica. — 2. natatio. — 3. Epi. — 4. Phano.

15. OBIRE *a*) id est occidere. *b*) NOLINT id est, nam tribus elevatis IIII deponuntur, rursum IIII erectis III deprimuntur.

16. SVB NIMBIS nubibus enim aliquando obscurantur.

17. HOC SIDVS AETERNVM id est quia Christum qui aeternus est nuntiat.

20. OBVMBRAT *a*) id est obtenebrat. *b*) OBDVCTAM id est coopertam : obductam [1] cicatricem dicimus clausam.

21. COMETA a crinibus [2] dicitur ; qui quando visitur aut mortem regis aut regni mutationem, aut etiam famem vel pestilentiam significat : et ideo dicitur TRISTIS.

22. Sirius stella dicta est a longo tractu quem habet, σύρω [3] enim Graece, traho Latine.

25. SINV id est recessu receptaculo regione.

26. IANVAM id est ortum exordium quia ibi est oriens [4].

36. CVI LVX AETHRA per aethera omnia elementa intelleguntur.

40. ET CHAO *a*) id est primordiali confusione. *b*) *Chaos* est proprie confusio elementorum quae extitit in primordio.

50. RADICE IESSE insulae [5] sacrificium interpretatur.

52. CACVMEN id est principatum omnium rerum [6].

55. SVLCVM id est via quam fecit lumen stellae [7].

58. *Imminens* imminere est rei quae supra verticem pendet.

59. *Summissum* id est inclinatum.

60. <PRODITVM> manifestavit lumine.

68. INDOLES est proprie imago futurae [8] nobilitatis quam in pueris (videmus Vat. A.) in quibus non est adhuc virtus sed signa virtutis [9].

71. SABAEI *a*) id est Arabici. *b*) Saba Arabia dicitur ἀπὸ τοῦ σαβάειν [10] id est a colendo : apud illos enim tus nas-

1. obducrā. — 2. anibus. — 3. secro. — 4. ouens. — 5. insuluae. — 6. Post 60. — 7. Post 59. — 8. futuae. — 9. uirt. — 10. Apo tu sabaein.

citur unde colitur deus. *c*) *Mirrha* interpretatur amara : ideo <quod> corpora putrefieri non permittit.

78. *Bethleem* quae et Efrata dicta est.

84. IDEMQVE S. M. quia divinitas latebat in carne.

89. AMBIT OMNIA id est omnia ambigit regnum Christi[1].

90. *a*) Dia id est divina. *b*) Δῖος[2] dicitur generosus vel nobilis, hinc divos vocant antiqui suos imperatores id est caelestes : δῖος[2] graece clarus.

94. REGVM PRINCIPEM id est invasorem ut putabant.

99. SATELLES id est miles quod satis agat regi obsequendo.

102. SCRVTARE N. S. subaudis ut inde auferat filios.

105. SVSPECTA[3] id est in suspicionem venit.

106. PVERPERARVM id est puellarum pueros parientium[4].

116. PVGIO est gladius et dictus quod pugno tenetur.

120. OCVLOS Q. P. V. VOMIT id est digerit[5], diversa morum genera describit.

130. IMMOLATORVM TENER non venit iste genetivus ab eo nomine quod est imolator, sed a participio imolatus.

131. Ara passio est Christi ; ante ARAM Christi dicit qui ante passionem Christi occisi sunt : unde de aliis dicitur, (Apoc. VI, 9). « Vidi sub altare Dei animas Sanctorum » id est post passionem Christi.

139. ORBABAT *a*) id est orbas faciebat. *b*) NVRVS est uxor filii.

141. Farao dissipans interpretatur.

144. MOYSES RECEPTOR id est liberator qui recepit eos de servitute Aegyptiorum.

145. CAVTVM *a*) id est firmatum. *b*). Caveo[6] caves[7] confirmo : inde cautum et cautio id est firmatio et facit praeteritum cevi. *c*) Cevo vero cevi indicativo modo est crisso id est clunes agito vel moveo.

1. Post 90. — 2. dios. — 3. Suscepta. — 4. parentium. — 5. degerit. — 6. cauo. — 7. cauis.

147. ALVI ABSOLVERENT id est cum filios gignerent.

148. TOLLERE (12 v°) id est nutrire, educare.

150. PIE *a*) id est quia ipsa superbia pietas fuit. *b*) IN TYRANNVM id est contra iussa tiranni.

159. DVX scilicet Moyses Aegyptio quem sabulo cooperuit, (Exod. II, 12).

161. Allegorizat quid significaverit Moyses.

163. SAVCIO id est Diabulo vulnerato.

165. HIC id est Moses aut Iosue.

169. EXERCITV *a*) subaudis contra Amelech : proeliante exercitu sustentatus <est> Moyses ab Aaron qui mons fortitudinis et Ur qui ignis interpretatur. (Vid. Exod., XVII, 12). *b*) Per Moysen legem debemus accipere, per Aaron Dei Filium, per Ur Spiritum Sanctum. *c*) Et hoc significat quod irrita erit lex nisi in Christo adimpleretur, et Spiritu Sancto manifestaretur.

174. POST DISPENDIA id est dampna, pericula XL annorum.

176. IVGERA id est Terra Repromissionis.

178. ALVEO *a*) id est in medio Iordanis. REFLVENTIS *b*) id est iterum fluentis, iam incipientis fluere.

181. IVDAE [1] id est tribus.

184. FINXERINT id est adumbraverint.

188. ET PRISTINI id est antiqui id est TEMPLI Iudeorum.

189. EFREM [2] id est Efraim ; interpretatur frugifer vel altus.

190. MANASSE id est oblivio interpretatur et significat populum gentium cui dicitur (Gen. XLI, 51). « Obliviscere populum tuum » et reliqua.

193. DEGENER id est ignobilis : degener est qui non sequitur nobilitatem parentum.

202. IVDAEA propter legem, ROMA propter principatum et GRETIA propter sapientiam [3].

1. Iudęi. — 2. Effrē. — 3. sapientia.

APOTHEOSIS

a) Liber Primus Ἀποθέωσις[1] id est Deificatio. *b*) Metrum eroicum exametrum.

Intr. 1. *a*) *Spetiem* id est decus, pulcritudo. *b*) VNUS id est una virtus, una maiestas : quando substantialiter de Deo dicitur commune est tribus ; quia sicut dicimus « omnipotens Pater » ita « omnipotens Filius », « omnipotens Spiritus Sanctus » dicimus. *c*) Sed quod personaliter de eo praedicatur, singulis est proprium nec transmittit unus vocabulum suum ad alterum, quia alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti. *d*) Unde cum spiritus sit Deus (ut proprie tamen de Spiritu Sancto hoc nomen intellegatur) cum additamine[2] dicitur quod est sanctus ; unde in Greco dicitur Τὸ Ἅγιον Πεῦμα[3].

3. SVBSTITIT *a*) id est procedit. *b*) SPIRITVS ORE id est ex Patre et Filio[4].

4. TEMPORE quia ex quo Pater est, et Filius est.

5. RETRO *a*) id est praeteritis saeculis id est ante tempus. *b*) SEMPER non in tempore.

7. AT *caetera* scilicet edere id est formare creando.

9. CONCILIARE id est reconciliare scilicet hominem.

11. CHARISMA *a*) id est gratiam. *b*) *Promtus* id est paratus, valens.

Praef. 1. EST VERA SECTA *a*) fides vel ductus. *b*) Metrum iambicum et est primus versus trimeter, secundus dimeter : acatalecticus[5] iambicus senarius est et qua-

1. ΑΠΟΘΗΟCIC. — 2. additam̄. — 3. to agios neuma. — 4. Glossa post 4. — 5. Acatalec.

ternarius. *c*) Secunda regio semper habet iambum et in medio spondeum vel iambum et clauditur semper pirrichio.

1. TE MAGISTER aliquem alloquitur.

3. AN VIPERINA *a*) id est venenosa, serpentina, virulenta. *b*) Arriani dicebant tres esse personas et tres substantias in divinitate : Sebelliani econtra unam personam et unam substantiam ; fides autem Catholica utriusque errorem devitans, unam deitatis substantiam et tres personas, veraciter affirmat. *c*) Nam Arriani bene tres personas, male tres substantias, Sabelliani bene unam substantiam, male unam personam dicebant.

7. *a*) *Competa* scilicet verba id est viae vel hereses. *b*) Competum est locus ubi multae conveniunt viae et dicitur a competendo.

9. DIVORTIA *a*) id est varii recessus viarum. *b*) Divortia sunt loca ubi viae divertuntur et dicitur divortia discordia ; alias, separatio uxoris a marito.

15. MANVS scilicet Diaboli vel hereticorum.

17. HVMANAE STRVAT id est componebant scilicet cum haec de Deo dicere praesumebant [1-2].

18. PRVRIAT *a*) id est adinveniat, subaudis ipsa Libido. *b*) Prurior est scalpo vel frico unde pruritus dicitur scalptura (13 r°).

19. OMNIPOLLENTIS *a*) id est omnia facientis crescere. *b*) Pollere est crescere vel augere : crescere dicitur non quod ipse crescat, sed quod incrementum creaturis tribuat.

24. Συλλογῶ [3] *a*) Graece concludo unde syllogismus conclusio ; vel syllogismus consermotinatio, nam sic *con* dicitur. *b*) PLECTILES id est plexos, ligatos.

25. *a*) SYCOPHANTARVM sicophanta id est calumniator : facit hic et haec sicofanta sicut hic et haec calumniator. *b*) Graece συκοφάντης [4] sicut προφήτης [5]. *c*) Strofa [6] dicitur fraus : hinc strofosus dolosus vel fraudulentus.

1. $\overline{\text{Ps}}$. — 2. Rasura et lacuna. — 3. Sillogo. — 4. sicophantes. — 5. prophetes. — 6. stropa.

26. VERSIPELLIS id est ASTUTIAE *a*) versipellis dicitur qui se in diversas formas vertit, tractum a bestia quae cameleon[1] dicitur : nam cuicumque rei adheserit illius colorem trahit[2] et ideo a venatoribus difficile capitur. *b*) Est autem sine pilis : hoc autem ut ait Solinus (134, 15) non est admirandum <cum> parando qui est bos Indicus[3] habens setas hoc idem naturaliter habet.

30. SOPHISTICA *a*) id est callida argumenta. *b*) Sophista dicitur callidus argumentator ; inde sophistica.

33. OFFENSACVLO[4] id est ad offensaculum, id est offensionem.

39. FAX SOLA F. EST de hac face Psalmista dixit (CXVIII, 105) : « Lucerna pedibus meis. »

40. VT RECTA SINT ut recta via incidamus.

45. INTERPOLAT id est interserit, intermiscet, interponit, intermittit, interseminat.

46. AVENAS *a*) id est zizania id est obnoxium semen. *b*) EMVLAS id est inimicas, imitatrices. *c*) Avena dicta est ab aviditate crescendi.

47. DE VENENI L. id est de semine veneni.

48. COLONVS a colendo dictus est Deus.

49. FIBRA id est radix avenae.

53. *Ventilabrum* est instrumentum quo triticum a paleis purgatur ad ventum.

54. RECREMENTVM quod recrescit avenas.

55. REFERT id est prodest, alias discat.

A.

a) Contra heresim quae Patrem passum affirmat. *b*) Hereses fuerunt numero LXXXV : Patripassiani vocabantur heretici qui patrem putabant passum.

1. SED PAVCA *a*) id est paucas[5] hereses. *b*) NE DIRA RELATV id est dira relatione. *c*) Ex hoc loco heresim suam astruebant, ubi Dominus loquitur (Iohan. XIV, 11) : « Ego in Patre et Pater in me ».

14. IMMENSVM *a*) id est immensitatem. *b*) *Assumpto*

1. cameeleon. — 2. trait. — 3. indicim. — 4. Offensacula. — 5. paucus.

id est adhibito id est assumpta specie humanitatis. *c*) ORE id est aspectu humano.

15. PIETAS *spernenda* id est de qua dicitur (Iohan. I, 18) : « Deum nemo vidit umquam ».

19. PROMPTVM *est* id est manifestum est.

20. GLAVCO id est subalbo, quoniam qui subalbam pupillam[1] habet, non clare videt : unde glaucoma infirmitas oculorum.

21. HVMENTIQVE id est caliginosa : ex umore enim oculi caligantur.

25. PER SPECIES[2] id est per subiectam creaturam angelicam, scilicet vel humanam.

26. NEC INTRAT id est non capitur visu.

27. MODERAMINE *a*) ut possit videri. *b*) FORMET id est specificet.

30. HOSPES H. id est Abraam qui angelos hospitio suscepit.

37. PLVS QVAM MORTALE id est plus quam mortalibus sit[3] concessum.

43. POSTERIORA DABO id est posteriora Christi ; incarnatio Filii Dei.

47. ANGELICAS scilicet posse ipsum Verbum.

51. SVB CARNE M. quae nondum incarnata erat.

52. OBIECTA *a*) id est monstrata, opposita. *b*) SIGNAVERAT EFFIGIEM id est quando ipse assumtus erat.

53. VIRTVTES divinitatis suae.

54. FACIEM R. id est similitudinem praesignabat.

55. ET *sentem* id est spinosum : et est adiectivum.

57. AGEBAT[4] id est implebat.

61. *Hic stirps*[5], aliquando haec stirps[5].

62. *Luxuria* et *luxuries*.

63. ET NODOS id est divitias peccatorum.

65. *a*) *Impete* pro impetu (13 v°). *b*) Impetus impeti et impetis dicimus.

80. OS PATRIS *a*) id est maiestas. *b*) ILLVD id est quandoque ; de futuro tempore dicit.

1. Bis. — 2. speces. — 3. Ante *id*. — 4. Ḥagebat. — 5. strips.

84. EST *impassibilis* humanitas Christi licet fuerit passibilis, divinitas tamen quae in humanitate erat nullam pertulit possionem, veluti cum arbor sole irradiata inciditur, videtur ipse radius incidi, quod absurdum est.

87. PVRA scilicet natura.

93. PROTVLIT *imperium* id est per Filium dixit (Gen. I, 3) : « Fiat lux » et coetera.

101. DICITE S. D. patripassianos alloquitur.

105. IPSE P. *a*) secundum vos, quod falsum est. *b*) SANGUINE CREVIT[1] id est ab infantia ad pueritiam.

107. ET IAM *falsi* scilicet si ita est ut dicitis[2].

110. FIGE G. S. tacendo, si ita est ut isti dicunt.

123. EDERE NATVM id est generare, id est hoc fuit donum Patris invisibilis videlicet edere natum.

125. CASSIS id est privatis, frustratis.

126. *a*) *Caecorum* id est perfidorum ludeorum. *b*) *Socors*[3] est sine corde ; inde SOCORDIA ipsa res.

129. FARE AGE hortantis vox est, id est « dic ».

130. *Inspaciantem* id est deambulantem : *inspatiari* est spatium facere.

133. ADDITVS VNVS Beatus Ieronimus (in Daniel. III, 92) dicit illum quartum qui in igne tyranno apparuit, angelum fuisse ; sed iste Prudentius cum Domno[4] Augustino concordans affirmat eum Filium Dei fuisse.

141. PICEOSQVE FVRORES *a*) hic tribus causis accenditur fornax, pice nacta et malleolis. *b*) Malleoli sunt sarmenta novarum vitium ; nactae ossa olivarum ; cremium vero fasciculi ex siccis lignis quae cito incenduntur.

143. AVRA SINVS *a*) id est flamma sinus, scilicet trium puerorum. *b*) Sidrach interpretatur decus, Misach quis risus, Abdenago liber servitio. *c*) BARBARICOS sinus vocat vestimenta eorum id est *sarabaras*, hoc est femoralia quibus barbari inter quos habitabant, utebantur.

144. TENVES VESTES dicit subtiles ; alias pro grossioribus ponuntur.

1. creuui. — 2. dicis. — 3. socros. — 4. dūno.

146. NE COMA id est capillus : inde comulati vocantur pueri criniti.

148. ORGANA *a*) duo sunt genera; organum unum maximum, aliud minus quod manibus portari potest: de quo in Psalmo (CXXXVI, 2) dicitur, « suspendimus organa nostra ». *b*) Sambucus nomen est arboris, sambuca vero, genus tubae. *c*) Cythara est instrumentum musicum habens tres cordas.

162. OBSIDE scilicet Deum : obses est qui datur in signo pacis.

177. PER VTRVMQVE CVCVRRIT id est per ascensionem et descensionem.

178. *a*) Contra Unionitas id est Sabellianos hereticos. *b*) Unionitae sunt qui dicebant <esse> unam substantiam et unam personam, Filium et Spiritum Sanctum negabant; sed dicebant idem « Deus quando vult Pater est, quando vult Filius, quando vult Spiritus Sanctus ».

178. CEDE PROFANATOR *a*) id est contemptor. *b*) Profanus dicitur quasi porro[1] a fano id est a templo Dei : hoc est inreligiosus.

179. DEPOSITOR *a*) id est humiliator, dicens eum esse cum Filio passum. *b*) Sabellius iste episcopus praeditissimus fuit.

186. ECQVIS[2] *a*) pro et quis, homo[3]. *b*) Idoliotitum est quod idolis est immolatum, idolium vero templum idoli.

187. VENERANS SALE *a*) sale ignem[4] in sacrificiis spargebant. *b*) *Cespes* est terra avulsa cum herba unde faciebant altaria.

189. SATVRNIS pluraliter pro singulari.

191. QVOTIENS SVSPEXIT *a*) omnes homines etiam gentiles naturaliter Deum unum esse sciunt : *b*) Videntes enim caelum terram mare, et omnes unum esse creatorem intelligunt : unde et Paulus dicit (Rom. I, 20). « Invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellectu[5] conspiciuntur ».

1. Porro. — 2. hęcquis. — 3. hoino. — 4. ygnē. — 5. intellecta.

195. QVAE CANIFORMEM *a)* id est simiam caput canis habentem. *b)* Mercurius lingua Egyptiaca vocatur Anubis, qui deus eloquentiae fertur : unde cum canino capite depingitur, quia in animalibus nihil sagatius cane habetur. *c)* *Latrare* autem dicitur propter (14 r°) copiam sermonis, unde et oratores rabulatores dicuntur.

197. CLOACINAE *a)* id est deae cloacarum. *b)* *Tiphoneae* id est deae infernali : et idem est et Tisiphone.

199. *Mola* est genus sacrificii ex farre et sale ; unde ignem aspergebant et cultrum et hostiam.

200. DELIRAMENTA *a)* id est unam philosophiam Platonis qui unum colebat deum. *b)* *Plato* autem dictus est a latitudine humerorum qui primitus[1] athleta[2] invictus, postea ad philosophiam conversus omnes philosophos superavit.

201. HIRCOSVS *a)* id est olidus fetidus sordidus. *b)* *Cinicus* id est Epicurus. *c)* Cinici vocabantur philosophi id est Epicuri quasi canini : κυνός[3] Graece, canis Latine.

202. VERTIGINE *a)* id est vertibilitate sillogismorum. *b)* NERVOS vocat difficiles sillogismos qui quasi nervi contorti sunt.

203. *a)* Idem vocat *laberintum* quod et errorem. *b)* *Laberintus* erat domus subterranea centum habens hostia quam Dedalus fecit ad Minotaurum, quam siquis semel ingrederetur, propter multitudinem hostiorum non poterat reverti. *c)* Dicitur *laberintus* quasi labor intus.

205. *a)* Esculapio *gallina* immolabatur qui clinis praeest, quem *clinicum* deum vocabant qui praeerat decubantibus in lectum. *b)* Nam κλίνη[4] Graece, lectus dicitur Latine. *c)* Vocatur etiam *clinicus* aliquis infirmus a cubando in lecto.

209. NVMEN IN VNVM *a)* id est philosophi licet diversis muminibus littarent, tamen unum deum esse dicebant sine aliquo sexu, sed in maioribus operibus quasi masculum, in minoribus vero quasi feminam asserebant.[5] *b)* Unde Soranus (ap. Aug. C. D. VII, 9) : « Iupi-

1. pritiuus. — 2. Corr. ex *andleta*. — 3. cinos. — 4. cline. — 5. asserabant.

ter omnipotens regum rerumque[1] creator, progenitor genitrixque deum, deus unus et omnis ».

210. *a*) *Spera* MOBILIS sex sunt mortalium corporum motus; sursum deorsum, dextra sinistra, ante et retro. *b*) Septimus est immortalium corporum quae semper in giro voluntur, cito decidunt.

211. VAGA SIDERA *a*) vocat VII planetas quae interpretantur *errative*, non quod ipsae errent sed quod homines errare faciunt. *b*) Unde *planentiae*[2] melius dici possent, id est errorem facientes.

212. MODO QVADRVPES *a*) id est tantummodo, parentesis. *b*) Quadrupes homo dicitur qui inrationabiliter more animalium vivit et deditus ad ventri ingluviem, nihil de caelestibus curat. *c*) Nam omnia mortalia praeter hominem in terram prona sunt, unde et quidam veridicus (Ovid. Met., I, 84-86) : « Pronaque cum spectent animalia caetera terram, Os hominis sublime <dedit> caelumque videre Iussit et erectos ad sidera tollere vultus ».

215. ISTVD *a*) id est unum deum esse. *b*) Numa genere Sabinus fuit quem post mortem Romuli populus Romanus advocans imperatorem fecit : qui, volens Romanos <ab armorum[3]> amore revocare culturam deorum per magicam adinvenit artem, dicens se omni nocte ab Egeria nimpha doceri. *c*) Post huius mortem Romani libros magicos reperientes igni tradiderunt. *d*) Sed licet se errasse sciret, tamen ne maiorum religionem spernere viderentur, in deorum cultura permanserunt. *e*) *Aruspex* id est inspector horarum.

216. SCOTVS CANE MILITE *a*) id est suo cane qui secum pergit ad bellum quem habet pro milite. *b*) Scoti enim optimos canes habent bellandi peritos. *c*) SEMIFER id est semiferus : nam semiferus est homo rationis capax et ignorans, quasi dimidia fera.

219. TESTE PROBATIS id est dum in cruce impletum est quod volumina praedixere.

1. rerū. — 2. plaṅtiae. — 3. ex Isone supplevi.

221. LACVNAS[1] *a*) id est cicatrices fossas. *b*) Se ipsum apostolis immiscet. *c*) In Evangelio autem legitur (Iohan., XX, 27) Thomae minime credenti[2] dixisse, « Infer digitum tuum » et coetera ; sed ille clavorum (14 v°) fixuras intuens tangere eum non ausus est, sed dixit (28) « Dominus meus et Deus meus ». *d*) Ideo autem dicitur Thomam manum in latus mississe cum tamen non miserit, quia Domino iubente hoc facere potuerat.

223. ABIVRARE[3] *a*) id est deum denegare iurando. *b*) Proprie *abiurare* dicimus cum iuramento aliquid negare.

225. Romanos : (hic Romulida) dicimus.

226. *a*) Isti sunt tres digiti quibus Dominus molem terrae appendit, summa scilicet, imma, media ratio : media siquidem ratio est in homine qui partem habet supernae rationis inmortalitatem scilicet animae cum angelis, partem vero imae rationis id est mortalitatem corporis cum caeteris animalibus. *b*) Summa ergo ratio est in angelis, media in hominibus, <ima> in minimis animalibus. *c*) Unde et Salomon de Christo sub specie[4] Sapientiae loquitur (Sap. VIII, 1), « Pertingens (Attingit, Vulg.) a fine usque ad finem », id est a summo angelo usque ad minimum vermiculum.

243. CONSTARE TRIA id est Patrem et Filium et Spiritum Sanctum.

245. NEC PATER IPSE hec pulchre Sedulius describit dicens (C. Pasch. I, 305). « Non quia qui summus Pater est et Filius hic est, Sed quia quod summum Pater est et Filius hoc est ».

249. PERQVAM *a*) id est valde et est una pars. *b*) FVTILE id est vanum. *c*) Futilis res dicitur quae facile potest effundi, unde futilis homo dicitur qui sibi commissa non custodit.

252 AVT MENDAX quasi mendax Pater videretur si suum nomen ad Filium transmitteret.

1. Lanucas. — 2. credenti post 219. — 3. abiurate. — 4. spetiae.

258. IDQVE DEVS GENITOR scilicet nisi esset Patris et Filii una substantia.

259-260. IPSVM GIGNERE id est ipsa generatio Filii.

266. AVT QVO PACTO id est ordine, ratione.

267. EDIDERIT VERBVM id est Filium ; scilicet qualiter Deus Pater Filium generavit, nescimus.

270. INTEGER id est perfectus, scilicet generavit.

271. RETRO id est ante tempora.

272. DECISVS *a*) id est curtatus, imminutus. *b*) UT PARS PATRIS ESSET veluti cum dicitur membrum a corpore est pars corporis.

273. NEC SE SVBSTANTIA scilicet Patris ut Filium gigneret.

275. PROCVDIT *a*) id est formavit. *b*) Portio scilicet Patris, Filius enim non est pars Patris.

276. *a*) *Vertibilis* id est variabilis. *b*) NEC DEMVTABILIS id est non convertit in diversa ut modo sit Pater, modo Filius.

280. VT *prodigus* IGNIS id est largus, porrigens, tribuens.

292. *Deucalion* maritus Pirrae fuit a quo secundum fabulam post diluvium homines reparati sunt.

293. FICVLNI STIPITIS *a*) id est statuae lignee id est idoli lignei ex ficu facti : unde in Horatio[1] legitur (Sat. I, 8, 13). Priapum[2] in Senatu de se talia dixisse, « Olim truncus eram ficulnus inutile lignum : Cum faber incertus scammum faceretne Priapum[2], Maluit esse deum ». *b*) STIPITIS VNCTOR quia ungebant idola balsamo et ungentis ut bonum odorem haberent.

296. *Barda* fuit quidam stultus crudelis et paganissimus, a quo omnes stulti vocantur bardi.

297. *Nutrices garrulae* filios ineptos docent.

298. CORNIX[3] *a*) avis in cuius voce augurium capitur. *b*) SAGO CLANGORE id est magico vel divino.

1. horatorio. — 2. piapū. — 3. cornis.

c *Saga* quedam fuit maga unde dicitur sagus saga id est divinus divina.

301. RETEXIT id est denudavit, narravit illi.

306. ORA[1] DEI id est imaginem Filii.

315. GENEALOGVS IDEM id est Moyses, sermonem faciens de genitore.

316. A DOMINO DOMINVS id est a Patre Filius qui iuditium Dei Patris exercet.

320. UNVM FVLMEN *a*) id est una vindicta. *b*) VTRAQVE id est Pater et Filius.

(321) Adversum Iudeos, haec sunt (CONTRA IUDEOS) verba superius dicta, contra Sabellianos.

322. STVPIDAS id est stupore invasas, id est insanas.

325. FLVXERAT *a*) id est perierat, defecerat. *b*) BAAL vir interpretatur unde ubi dicitur (Os. II, 17 : vid. Hieron. in hunc locum, Vol. VI, 24-25) « Amabit (vocabit Vulg. et Hieron.) me vir meus », in Hebreo habetur Baal omos.

326. FINXERAT (15 r°)[2] *a*) subaudis Aaron ipse scilicet ornatus, in hoc quod Moyse[3] ascendente in montem ad Deum filii Israel spoliaverunt aures filiarum et uxorum suarum ab inauribus, facientes vitulum. *b*) Hoc praefigurabant quod omnis ornatus ab illorum auribus deflueret.

329. *Ceca* AD TENTORIA id est metonymice[4] quia caecos homines habebant.

332. *Perstricta* id est vulnerata : perstringere enim dicimus vulnerare.

333. FACIEM *velaret* facies Moysi erat operta : quin potius illorum facies erat velata ne Christum in eo latentem agnoscerent.

337. Duo radii a fronte Moysi ad similitudinem solis radiorum procedentes crucis cornua designabant.

338. FRONDOSA *a*) id est O Iudea, frugifera. *b*) RAMIS FELICIBVS id est patriarchis et prophetis.

1. Orna. — 2. Fingerat. — 3. moyses. — 4. metonomicae.

340. *a*) Sub enigmate arboris apostropham facit ad Iudaicam plebem quae frequenter in divinis scripturis oliva sive vitis designatur. *b*) OLEASTRO id est populo gentium. *c*) Oleaster est silvatica oliva.

341. TRVNCVS *a*) id est fides quae in Iudeis deficiebat. *b*) Truncum vocat plebem Iudaicam quae fidem patriarcharum relinquendo sic meruit apellari : in cuius fide populus gentilis[1] situs est ex fide patriarcharum id est sanctarum misteriis scripturarum. *c*) VESTITVR scilicet ipse oleaster id est populus gentilis[1].

342. SILVESTRIS OLIVI id est silvestrem olivam vocat credentes ex gentibus qui iam silvestres fuerant.

343. SVRCVLVS *a*) id est gentilis populus. *b*) EXULTANS id est non insultat tibi.

344. VNGVINE AMARO id est malo oleo[2] infidelitatis, blasphemando Christum.

345. STIRPE *a*) id est ab humilitati priori. *b*) NEC IMO id est fide humili.

347. BLASPHEMAS[3] DOMINVM ecce unguem amarum.

352. CONTINGERE *a*) id est linire, scilicet stultum. *b*) POSTES id est superliminaria.

353. LASCIVIRE *a*) scilicet stultum est vocari quia illis diebus vacabant ab operibus. *b*) *Azimon* id est azima similaginis id est farinae delicate : septem enim diebus fermentum non comedebant.

356. PINGERE *a*) id est figurare. *b*) SVLCIS id est litteris quae in modum sulci grafio exarantur.

358. SANGVINE F. id est mysterio sanguinis et corporis Christi.

360. HANC *a*) scilicet domum, id est crucem quae sanguine agni foribus Ebreorum impressa erat. *b*) EXCLVSIS[4] id est semotis.

361 *Farii* *a*) id est Egyptii. *b*) Faros civitas est Egypti in qua Pharaones creabantur ; ex qua etiam nomen sumpserunt, unde et tota Egyptus Pharos est apellata.

1. gentis. — 2. olei. — 3. blasmas. — 4. exdusis.

369. *Implet* mistico intellectu impletur lex.

379. PANGIT *a*) id est laudat, canit : scilicet Christum. *b*) COPIA scilicet Grecae eloquentiae.

381. SCRIBA[1] o. *a*) (signum vocativi casus) vox Pilati. *b*) TRIPICTIS id est tertio pictis id est tribus ordinibus versuum id est tripliciter scriptis in tribus linguis.

387. AB *archano*[2] *a*) id est a pectore loquitur. *b*) VOMIT id est profluit id est quicquid spirat. *c*) HAVSTV id est alitu[3] hominis.

388. QVICQUID CASTA *a*) eo quod casta carmina resignet. *b*) *Chelis* id est lira. *c*) χηλαί[4] Graece brachia unde libra vocatur chelis : brachia videtur habere. *d*) TESTVDO animal est ad cuius similitudinem cythara formatur unde et pro ipsa cythara ponitur[5].

389. CALAMIS *a*) id est fistulis. <DISPARIBVS> dissimilibus. *b*) *Organum* est instrumentum musicum diversos calamos in longitudine dispares habens.

390. *Emula* id est immitatricia et per hoc similia.

392. MVTA id est inrationabilia.

400. INSANVM *energia* id est insana ludificatione id est imaginatio illius demoniaci.

402. APOLLO id est demonia quaedam sua nomina habebant, ut Apollo Mercurius Iovis et caetera.

404. TOT V. LINGVAE scilicet sacerdotis : quod vicibus repetit sacerdos verba demonium adiurans, tot verberibus demon affligitur.

407. SPIRAS id est (15 v°) revolutiones tuas.

408. De homine nunc loquitur quem legio demonum invaserat, qui in sepulchris habitans[6] catenis ligatus hominum consortia fugiebat : de cuius hore demones Christum Dei Filium confitebantur.

412. *Cillenius* dicitur a Cilleno monte ubi colitur.

414. RVIT *a*) id est ruere facit. *b*) EFFERA id est crudelis.

423. FORIBVS scilicet aurium tuarum.

1. Criba. — 2. arthano. — 3. alito. — 4. chele. — 5. 388 d post 392. — 6. hns.

425. VESPER *a*) id est occidens id est stella. *b*) ROSEVS id est rubicundus[1]. *c*) *Novum* id est Indicum id est in India positum.

426. PRVINAS *a*) id est infidelitates, divitias. *b*) *Scithia* est regio frigidissima mundi.

427. *Hircania* est pars Scithiae, in qua tigrides[2] habundant.

429. CAVCASEA *a*) id est de rupe Caucasi montis: Caucasus mons est Scithiae in quo piper nascitur. *b*) Cuius una pars quae expectat ad meridiem prae nimiaetate caloris inhabitabilis est, altera vero ad aquilonem spectans frigidissima[3] est semperque nubibus[4] plena.

c) RHODOPEIUS a Rodope regione. *d*) Haebrus fluvius est gelidissimus.

430. MANSVEVERE[5] *a*) id est mansuefacti sunt. *b*) GELONI populi sunt qui[6] vagantes per Rodopen et in desertis sanguinem cum lacte[7] miscebant et potabant illud: et hoc significabant quia libaturi erant sacro potus sanguinis Christi.

433. MAVRI id est Hercules, ut Isidorus dicit (cf. Orig. IX, 119-122), ex omnibus gentibus secum habebat qui cum in quodam monte obisset, singulae[8] ad propria sunt reverse: sed Medi reverti non[9] valentes, Mauretaniam sibi proximam terram[10] occupavere, unde et Mauri mutato nomine dicti sunt.

434. DEDERE est sponte tradere.

435. PERSTRINXIT replevit[11], id est gravidavit.

438. *a*) A Delfo *Delficus*, a Delo Delius vocatur Apollo. *b*) SORTIBVS id est quia per sortem divinabant.

439. NON SPVMAT *a*) id est spumando loquitur. *b*) CORTINA dicebatur mensa Apollonis eo quod corio Pitii serpentis tegebatur; vel *cor tenebat* vatis ne omnia diceret; vel cortina quasi *certina* quia certa dabat responsa. *c*) *Tripoda* autem vocabatur a tribus pedibus qui-

1. rubigund. — 2. trigides. — 3. Frīdissima. — 4. nuub'. — 5. Mansuere. — 6. qu. — 7. lactē. — 8. singula. — 9. n. — 10. Tra. — 11. *supra*.

bus sustentabatur[1]. *d*) Sed ponitur hic pro divinatione.

441. DODONA silva est Epirica[2] in qua puellae divinatrices fuerunt.

443. *Hamon* ἄμμωνα[3] Graece arena dicitur : inde Iupiter Hamon vocatur, id est arenosus eo quod in *Libicis syrtibus* (447) templum habet.

445. IAM PVRPVRA *a*) quia induebantur Aeneade rectores. *b*) Unde Beatus Augustinus dicit (cf. Epp. 232, 3) : Ante sepulcrum Piscatoris curvantur genua imperatoris.

447. ENEADAE imperatores de genere Aeneae.

449. PRINCIPIBVS modo narrat miraculum quod contigetit regi Hispaniae quando immolabat diis innumeris.

450. ME PVERO id est cum ego puer essem.

451. ORE MANVQVE id est eloquentia et pulcritudine vel potentia et fortitudine.

458. *Gipsus* est genus terrae que dum calida est habilem se praebet ad formandas ex se imagines ; postquam vero frigida efficitur, durescit ut lapis.

459. POLLVX *a*) domitor equorum fuit ideo cum <equo> depingitur. *b*) SVFFIRE id est suffumigabat.

460. HECATEN id est Proserpinam : narrat quid quadam vice acciderit <alicui>, qui tot deos colebat.

463. TORTA *a*) id est flexa in corona. *b*) *Hostia cupresso* coronabantur deinde a sacerdote in sacrificio caelebrabantur.

465. VITTATVS id est vitta coronatus.

472. CYMBIA *a*) vasa potatoria in modum cymbae facta. *b*) *Cymba* est parva navis. *c*) LACTE lac portabatur ad sacrificium.

473. SANGVIS *a*) subaudis maius quam queat sufferre. *b*) VERBENA est unde sacerdotes coronabantur quando hostias offerebant.

475. *Persiphone* vel Tessiphone : et dicta est quasi τίσεως φωνή[4] id est ultrix vox et est Furia infernalis quae cum face[5] depingitur.

1. sustentebat[a]. — 2. epirici. — 3. hamona. — 4. tissiaphonu. — 5. facie.

477. MVRMVR *a*) scilicet nostrum id est invocatio nostra. (16 r°) *b*) Thessalia regio abundans magicis carminibus : hinc *Tessala* CARMINA dicuntur id est magica.

480. MARCEAT id est deficiat, frigeat.

481. PATERAM id est vas cum quo sacrificabatur.

484. INCERTVM dicitur FERRVM quando incerto ictu hostiam percutit.

485. *Subrepere* latenter intrare.

490. EXERTO[1] *a*) id est manifesto. *b*) MINITANTEM id est minas intentantem[2].

492. CIRCVMSPICIT id est ut si aliquis Christianus ibi esset videret.

494. SVSVRROS *a*) id est carmina : Zoroaster primus fertur magicam repperisse artem. *b*) FRONTE scilicet signata signo crucis.

495. FLAVICOMANTVM id est flaveas comas habentum et est una pars.

499. ANTISTITE[3] antestari est ante testari id est prius : antistare autem dicitur excellere, hinc antistes dicitur.

501. DOMINIQVE id est principis, imperatoris.

505. TERREA *a*) id est carnalia id est observationem sabbati carnalem. *b*) AETERNA SABBATA id est in aeternam requiem.

506. EMICVIT id est resplenduit, scilicet Christus.

508. *Tarpeius* mons est Romae in quo Capitolium et Pantheon ; id est templum in quo omnes dii colebantur.

509. MISERANDA id est dolenda scilicet O Iudea.

512. SALOMONIA SAXA *a*) tres dedicationes templi Ierosolimorum legimus. *b*) Salomon potentissimus ac sapientissimus rex edificavit templum Domino VII annis, VIII° anno dedicavit tempore autumni. *c*) Quod destructum est a Chaldeis et a filiis captivitatis est reedificatum permissu Cyri regis per[4] XL et eo amplius annos, vicinis gentibus impedientibus opus ; cuius dedicatio facta est

1. Exerte. — 2. intentē. — 3. Antistitte. — 4. P.

tempore vernis. *d*) Deinde illud ipsum templum, licet non sit ex toto dirutum, est tamen profanatum a pessimo Antiocho (qui dictus est Epifanes qui sua Iovisque statua Sancta Sanctorum temeravit[1]), quod renovatum est et dedicatum tempore hiemis[2]. *e*) Ex illa ergo veteri consuetudine ut anniversaria caelebretur dedicationis sollempniter.

518. SI NOSTRVM CONTRA *a*) nostrum templum id est corpus Christi. *b*) Sic ipse in Evangelio ait (Iohan. II, 19) : « Solvite t. h. » et caetera.

519. FABRILITER id est artificaliter[3] : faber dicitur artifex ; ab affabro venit adverbium affabre quod significat ingeniose vel artificaliter.

523. FORNICE scilicet nec : fornix[4] domus arcuata in qua meretrices prostituebantur ; inde fornicatio.

524. SONORA id est sonanti, verberato aere.

527. PETISTI appetisti id est cruciasti.

528. VEXANTIBVS *a*) id est affligentibus. *b*) ESTO id est concedo : adverbium concessivm est.

534. SVSPENDVNT *a*) id est sustentant per suam praedicationem. *b*) In Apocalipsi legitur (XXI, 12) templum XII portas habere id est XII apostolos[5].

535. INACCESSA *a*) id est inaccessibiles, id est spiritales. *b*) *Scala* Graece, gradus latine. *c*) Scalarum gradus, profectus virtutum significant.

537. HOLOCAVSTA RVINAE id est templo destructo, holocausta[6] tua defecerunt.

539. POMPEIANAE ACIES *a*) id est militis Pompeiani[7]. *b*) Pompeius cum exercitu suo Ierosolimam, antequam a Tito devastaretur, intravit et templi maximam partem destruens statuam suam constituit in eo. *c*) Forsan et pro hoc a Iulio superatus est.

544. SANGVINE RESPERSVS *a*) id est Iudaei dicebant Christum negantes (Matth., XXVII, 25) : « Sanguis eius super nos et super filios nostros ». *b*) PIACVLA id est scelera perpetrata.

1. tēpauit. — 2. iemis. — 3. Artificabi'lit. — 4. fornice. — 5. apli. — 6. holo. 7. p.

551. SVBDITVR *imperio* *a*) id est modo Regibus Christianis[1]. *b*) Iudaei dicebant (Iohan., VIII, 33) : « Semen Abrahae sumus et neminem servivimus umquam », sed mentiebantur. *c*) Servierunt enim in Aegypto et quando hoc dicebant, Romanis.

552. *Homuncionite* sunt qui Christum hominem purum aestimabant, qui Graece ἀνθρωπομορφῖται[2] vocantur : ἄνθρωπος[3] homo, μορφή[4] forma.

555. FATENTVR scilicet illum hominem pium fuisse.

558. SOLLERTIA id est industria scilicet humana.

561. VTRVMQVE id est NAM CANA INGENIA (16 v°) eo quod in canis id est in senibus ingenia deficiunt.

566. TENER id est subtilis[5].

567. NON CARO scilicet materna velut alios procreare solet.

576. INANE id est vacuum, sine cerebro.

586. CONCRETVS id est obduratus, crassus, inmundus scilicet in humore infidelitatis.

588. SOBRIVS σώφρων[6] Graece, temperans vel parcus : inde sobrietas temperantia vel parcitas.

593. NORAT id est aliquid intellegebat[7].

594. *Fastus* huius fastus id est superbia, fastus fasti libri annales.

595. EVOMVIT id est abundanter dictavit.

602. ADFORE *a*) id est venturam. *b*) VERSICVLVS subaudis Isaiae : iste est versiculus (Isai. VII, 14). « Ecce virgo in utero concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius Emanuhel [8] ».

603. SPONSO pacto, id est Ioseph : pactas dicimus sponsas.

604. ME CERNERE FECIT se dicit Christum vidisse in his qui eum incarnatum viderunt.

606. NOBISCVM NOMEM id est quod Emanuhel vocetur.

609. LANCIBVS *a*) scilicet iudicis. *b*) Lances vocat

1. *Supra*. — 2. andropomorsitae. — 3. andropos. — 4. morfa. — 5. Subtibs̄i et lacuna 9-10 litt. — 6. sobrós. — 7. corr. ex intellegat. — 8. 602 a. b. post 603.

scutulas parvas quae sunt in trutina : unde et bilanx dicitur.

612. *Nontius* AVRORAE *a*) id est orientalis[1] ; nontii in capite pennas habere solebant propter velocitatem ostendendam[2], qui etiam veredarii[3] dicebantur a vehendo. *b*) BACTRA Bactrianos populos orientales[1].

613. *a*) *Luctantibus* id est quia a nativitate Christi quasi horae diei luctantur cum horis noctis volentibus crescere. *b*) DIEBVS, *Lactantibus* id est quibus Christus lactabatur.

618. *Angues* sunt in caelo III, unus permaximus est omnium in Polo septentrionali, alter Opiuci, tertius Gnosius habens craterem et corvum.

619. *Sui* LATERIS *a*) id est quia cancer in latere pedes videtur habere. *b*) MANCO id est truncato, mutilato.

620. INFRACTIS *a*) id est valde. MVGIRE *b*) scilicet trepidas.

621. *Sydus hirquinum a*) vocat Capricornum qui egaceros[4] vocatur. *b*) αἰγόκερως[5], caper cornuvus.

622. *Hidrius a*) id est ipse Aquarius qui Graece ὑδροχόος[6] dicitur ; ipse est Ganimedes pincerna deorum. *b*) SAGITTAE id est Sagittarius.

623. GEMINOS[7] Pollux et Castor.

624. AMATORES TACITOS vocat Iovem et alios deos qui adulterium perpetraverunt velut Iovis in Elice et Cenosura quas postea in caelo misit.

626. LVRIDA id est pallida et plumbea.

628. GLAVCO id est viridi, ceruleo.

631. NON CVMVLEM pro nonne; id est honorabo.

635. TVMVLO id est iacens in tumulo.

643. CREPVNDIA id est insignia vel indicia quae positis infantibus[8] adhibentur.

646. IAM TOLLE M. id est aufer, separa ; subaudis quia illa eius miracula loquimur.

649. IPSA DEVM modo incipit narrare quaedam[9] ex miraculis Christi.

1. ouentales. — 2. ostendā. — 3. Uere clarii. — 4. Corr. ex egoceros. — 5. Egagceros. — 6. idrocoos. — 7. gemminos. — 8. *Supra*. — 9. q^{o}.

650. VIDEO id est in illis qui viderunt dicit se vidisse.

659. *Facesso* aliquando pro cedo ponitur : sicut in hoc loco.

669. NONDVM DISCRETIS nondum separatis ab arida.

673. *Negatur* scilicet o heretice a te.

675. ILLEVIT *a*) linivit. *b*) Lino linis, livi praeteritum facere debuerat, sed propter distantiam vocativi quod est a proprio nomine Livius, levi facit : unde lino illevi.

678. VLIGO est locus palustris[1] vel natalis humor[2] terrae, sed hic pro ipso limo ponitur.

679. CALIGO id est originalium peccatorum.

680. SILOA fons est de Monte Moria descendens et est mirabilis qui de petra emanans, incertis temporibus angelo descendente et aquam turbante fuit ; et quicumque infirmantium primus in ipsius fontis piscinam post motionem aquae descenderet, a qua teneretur infirmitate sanus fiebat.

682. LACVS *a*) id est natatoria id est piscina in qua hostiarum carnes lavabantur, unde probatica vocabatur id est pecualis. *b*) Nam πρόβατον[3] Graece dicitur ovis.

683. FONTIS AVARI id est incerte fluentis quia non currit semper, ideo avarus.

690. MEDICAMEN proprii aspectus est, dum et ipse carnem suscepit.

693. NVLLI PRIVS (17 r°) id est ante incarnationem.

695. HVMVM id est uterum Sanctae Mariae.

696. INDE TRAHIT *a*) id est ex incarnatione Christi scilicet caro humana. *b*) LENTO viscido adherenti. *c*) LENTO[4] id est viscido, tenaci. *d*) Lentus multes sensus habet : dicitur enim flexibilis[5], dicitur et piger, viscidus quoque ut in hoc loco.

702. *Purgamenta aque* quia ipse per se baptismum consecravit.

708. NON REVOCANTE F. licet etenim FAMEM patiebantur populi, tamen delectati dulcedine praedicationis illius et miraculis, nolebant eum in deserto relinquere.

1. plaustri. — 2. homor. — 3. probatos. — 4. lenio. — 5. fexibilis.

710. OPPIDA *a*) dicuntur ab oppositione murorum. *b*) Mercatus[1] id est ubi mercimonia fiebant. *c*) Concilium est res quae agitur, consilium multitudo convenientium hominum, consiliabulum vero locus concilii.

713. *a*) CENTENOS Evangelista dicit (Marc. VI, 40) : « Discubuerunt centeni et quinquageni. » *b*) Alius autem dicit per contubernia id est per societates unde et mulieres contubernales vocantur. *c*) Milites quoque socios suos contubernales nominant. *d*) Est autem contubernium proprie X milites quorum XI princeps[2] contubernii vocatur.

717. AMBESIS id est circumesis.

725. *a*) *Haec rudis* feminino genere, virga : hic et haec rudis et hoc rude novus nova novum significat : *b*) ruder autem tertia declinatione terra trita sive cementum. *c*) Est autem genus lapidis quod in igne missum liquescit et in aes convertitur. *d*) *Rudera* sunt propie ruinae maceriarum.

727. ID PROCEDERE ET ESSE id est oriri ex non esse in esse.

729. ADDITA PARVO *a*) id est parvum dicit non propter inperfectionem quasi Deus imperfectas creaturas fecisset qui hominem XXX annorum aetate <creavit>, creaturas quoque caeteras[3] perfectas fecit. *b*) Nam arbores producendis[4] fructibus[5] omniaque animalia foetibus idonea formavit, sed parvum dicit quia unum hominem primitus creavit qui in suis posteris multiplicandis augmentum[6] reciperet.

739. BIS SEX *a*) scilicet discipuli. *b*) Appositi scilicet corbes scilicet <ab> apostolis.

740. PROCVL aliquando longe, aliquando prope significat, ut in hoc loco et Virgilio (Buc. VI, 17) : « Et procul (Codd. Verg. gravis : procul vs. 16) attrita pendebat cantarus ansa ».

741. HAEC AVTEM scilicet miracula Christi.

1. mercatos. — 2. Corr. ex principes. — 3. caetas. — 4. ꝓducentis. — 5. Post fructib. spatium. 6-7 litt. — 6. aucm̄tu.

742. QVI SANCTA CANAM scilicet talia vobis Iudeis.

745. PROFVNDO *a*) id est Tartaro. *b*) Tartarus dicitur ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν[1] id est a tremore et est locus inferni frigidus quia omne profundum frigidum est.

747. *Caripdis a*) id est confusio. *b*) Caripdis est locus periculosissimus in mari, sed ponitur pro confusione.

748. REGNA TENEBRARVM scilicet a quibus tam cito reversus est.

749. *a*) SVPERIS id est vivis hominibus. *b*) VBI scilicet sunt *Tenara* : Tenarus promontorium est Laconiae, ubi dicitur esse descensus ad inferos : ponitur pro ipso infero. *c*) In aliis codicibus habetur *trenara tristia* id est luctuosae tristitiae. *d*) θρῆναι[2] enim Graece lamentationes dicuntur : unde Lamentationes Ieremiae θρῆνας[3] dicimus.

750. DEIECTA id est impressa confusione.

751. AMNIS id est Flegetos qui est fluvius inferni flammeus ; nam φλόξ[4] Graece flamma dicitur.

759. *Nidor* est proprie fetor incensarum carnium.

764. *Vlva* est herba palustris[5], sed hic pro ipsa humo ponitur unde homo formatur.

765. VENAM MADIDAM[6] id est luteum hominem dicit qui sanguine est madidus.

767. AVRITIS scilicet quae audis id est exaudibilibus : prius enim neminem audiebat, modo Christo[7] obtemperat.

771. ABDE id est absconde scilicet infernum.

773. CAPTA id est superata a Christo.

776. NEC PVDESCIT id est non est illi verecundia.

779. TOTVM HOMINEM *a*) id est corpus et animam, non sic ut quidam heretici dicunt, Christum carnem tantum accepisse et divinitatem habuisse pro anima. *b*) Nam ut Beatus Augustinus <ait> absurdum est credere eum partem peiorem accipere id est corpus set[8] meliorem reliquisse id est animam.

(782). DE NATVRA ANIMAE.

782. *a*) DISSERTATOR id est disputator (17 v°) id est

1. apo tu tartarizin. — 2. trene. — 3. trenas. — 4. flox. — 5. plaustris. — 6. Mad. — 7. xps. — 8. s 7.

quidam hereticus. *b*) Quidam heretici dicunt animam esse impassibilem, quia partem Dei esse affirmant, eo quod ex ore Dei processerit, sed mentiuntur. *c*) Absit enim ut anima que passibilis esse veraciter noscitur, pars Dei esse credatur.

785. IMA POLI id est Australem polum dicit quem vident nostri antipodes apud quos fertur esse infernus.

787. *a*) *Maior est* id est anima maior est caeteris creaturis id est pulchrior et praeposita omnibus rebus. *b*) Pars Dei non est tamen. *c*) Omnis substantia[1] trifariam dividitur : nam summum bonum Deus est, magnum bonum anima, quoddam bonum est corpus.

792. DE CORDE P. id est de substantia Dei Patris.

797. *a*) HAEC SIMILIS sic homo dicitur similis esse suae imagini licet multum distent, sic et anima quasi similis dicitur Deo. *b*) Omnes homines tum[2] boni tum[1] mali imaginem Dei habent, soli vero iusti etiam similitudinem. *c*) LOCVTVS id est (Gen. I, 26) : « Faciamus » et caetera.

798. VTROQVE id est de anima et corpore.

806. PERCVRRERE[3] DOCTA id est disputat enim aliquando de celestibus.

808. CAETERA D. id est in ceteris[4] est, in eo quod est passibilis et caetera.

813. *a*) NON MENSVRABILE id est mensura animae nihil aliud nisi ipsum sapere. *b*) Qui enim multa sapit et patiens est in omnibus, magnanimus dicitur ; qui vero modice sapit et ab omni vento circumfertur, pusillanimis dicitur.

Epipata (leg. epibata) dicitur homo qui veniens ad litus comparat navem ut ad aliam terram navigaturus in[5] ea portetur.

818. PARTICIPAT scilicet ipsa corruptela.

(DE ANIMI NATURA).

826. *a*) NEC PRIOR AVT SENIOR Manichei dicebant

1. Corr. ex subctantia. — 2. Corr. ex cum. — 3. ꝑcurre. — 4. catis. — 5. n.

omnes animas a Deo in principio mundi esse simul creatas, et in uno loculo fuisse repositas et inde <in> corpora mitti : sed mentiuntur. *b*) Nam corpus in materno utero prius formatur ; virile enim semen VI diebus lactis similitudinem habet ; sequentibus VIIIJ diebus convertitur in sanguinem, deinde XII diebus solidatur, reliquis XVIIJ diebus formatur usque ad perfecta liniamenta membrorum : qui simul iuncti[1] XLV fiunt, quibus si horam conceptionis addas, XLVI[2] explebunt secundum numerum annorum restaurationis templi. *c*) Phisici affirmant, quod et nos veraciter scimus, ante XL dies, id est ante omnium formationem membrorum in utero non animari, postea vero quoquo tempore animetur, nemo neque aetiam ipse matres sciunt, quod Deo soli cognitum est.

831. TANTO MODERAMINE *a*) tanta[3] scientiae mensura. *b*) Animae non eiusdem scientiae mensuram habent quando in corpora mittuntur, sed aliae maiorem, aliae vero minorem, Deo moderante, scientiam obtinent. *c*) Philosofi[4] autem e contrario omnes animas eandem vim rationis et scientiae naturaliter antequam corporibus misceantur habere contendunt, atque terrenae carnis concressione depressae quaedam illarum plus, quaedam minus sapiunt.

839. *Exalatus* id est exalitu emissus.

840. RORANTES in modum nebulae tenuis et maxime hiaemali tempore.

845. BOMBVM *a*) id est sonitum. *b*) Bombo bombas id est sono[5].

846. *a*) AVT LENE SVSVRRAT Faunus cum iter ageret, invenit hominem prae nimio frigore congelatum quem miseratus ad suam deportando speluncam vidit eum flatu calido manus calefaciendo animare ; cumque iam in spelunca[6] positum ad ignem collocasset, attulit ei vinum calidum, quo eius viscera vivificaret. *b*) At ille prae nimia caliditate illud bibere non valens, anhelitu refrixit. *c*) Fau-

1. iuncti. — 2. L & VI. — 3. Corr. ex tanto. — 4. philosofia. — 5. sona. — 6. speluncā.

nus[1] itaque videns, admiratus est et interrogavit quomodo ille vinum halitu posset refrigerare[2] cum antea in via manus eodem halitu calefecisset. *d*) Tum ille respondit : « In via propter frigus calidum ; nunc vero propter vini calorem frigidum emisi halitum » *e*) Tum ille, « Perge » inquit[3], « nolo hominem tam diversum, duo qui simul (18 r°) ora gerat. » *f*) Hoc contra bilingues.

853. SED NON SAPIT id est quia non est pars Dei.

857. COLLIGE id est averte, scilicet ó heretice.

858. NEMPE M. DNI. id est Filius qui et brachium dicitur. (Ps. LXXVI, 16).

859. *Composuit a*) id est formavit per orationem Spiritus Sancti.

b) ARTICVLATIM id est ut articulos habeat sicut nostrae habent.

860. *a*) NVMQVID scilicet est illi. *b*) VOLA id est medietas palmae quae Graece θένας[4], unde involare, dicitur, aliquid vola contingere. *c*) Palma est manus extensa, sicut et pugnus clausi digiti.

863. *a*) SED TRADITA id est attributa : cum dicimus Deum membra habuisse. *b*) Membra humana ideo scriptura (e. g. Is. LI, 9) ascribit ei[5], ut quod per se intelligi non potest per res corporeas facilius intellegatur.

869. *Adque* RVDI FACTA rudi id est novo, quia non ante creatur anima quam corpus.

880. *a*) QVOD LAPSAM id est animam per peccatum hominis. *b*) *Qui* INOPEM id est Christi adiutorio egentem.

883. *a*) MERITIS bonorum praestatur. *b*) MERITISQVE NEGATVR id est malis quia ipsa gratia dimeritum efficitur, merita bona gratia Dei adiuvantur : quaedam ita a Deo praedistinata sunt ut operum meritis et orationibus adiuventur.

891. *a*) *Gratis* id est sponte, nullo cogente. *b*) TABIFLVAE id est lubrice, mortifere.

896. ADMITTERE id est recipere quia ipse solus tormentum recipit.

1. fan'. — 2. refrigere. — 3. Corr. ex inquid. — 4. tenar. — 5. aei.

897. AGIT scilicet omnia : tribuit enim malis ipsum tormentum.

907. *a*) DEQVE vel *denique*. *b*) *Volutabris*[1] id est volutabra sunt loca in quibus se porci volvunt. *c*) IGNEM id est animam suam[2] id est splendorem.

909. *a*) SIC CONDITA SIMPLEX id est pura anima quando corpori adunatur simplex et pura ; sed corpori adiuncta ex carnis concretione maculatur. *b*) Caro enim delectando, anima vero carnali delectationi consentiendo delinquit.

912. INFECIT id est corrupit, maculavit.

913. *a*) INGENITAS id est naturales, congenitas. *b*) IN ORTV quia omnes animae originali peccato obnixe tenentur et ideo indigent baptismate.

917. SANGVINIS EXEMPLO scilicet carnalis seminis.

918 LEGE LATENTI id est secreta : omnes latet, sed Deum patet.

919. *a*) PARVVLA scilicet per. *b*) ANHELENT id est vivificentur. *c*) Pelagiani dicebant : quemadmodum corpora de corporibus nascuntur, ita aetiam et animas infantum de parentibus animabus propagari et ideo illas qui de patribus nascerentur baptizatis, dicebant rebaptizari non indigere.

920. *Asscit* asscio asscis inde ascisco frequentativum[3].

926. EXVAT ADAM VETEREM id est vetus peccatum Adae.

932. HIS CRVCIBVS crux dicitur a cruciendo : nos autem pro veneratione Dominicae crucis ipsam solam crucem apellamus, licet generaliter pro omni poena dicatur.

938. SAEVA SATELLES dicit quia hic et haec satelles facit.

939. SINE CRIMINE id est scilicet primi hominis quod Christus non habuit.

(953) CONTRA FANTASMATICOS qui Christum negant verum corpus habuisse.

1. Corr. ex volutabras. — 2. suu. — 3. frequetatiūū.

953. EST OPERAE PRETIVM, fructus laboris id est utile.

958. *Fantasma* φαίνω[1] apareo unde fantasma, falsae aparitio imaginis.

963. *a*) FINGERET[2] id est numquid[3] simularet. *b*) SVBDOLVS id est fraudulentus, deceptor. *c*) INVETERATIS id est paralitico « Ut autem sciatis » (Matth. IX, 6) et caetera.

976. MENDVM mendam dicimus quae fit <in> scribendo, unde emendare dicimus mendam auferre, mendatium vero vocatur quod sit in loquendo vel in legendo : dicimus et hoc mendum.

977. LVBRICVS id est labilis, deceptor.

979. OBMVTESCE mutio mutis unde obmutisco, frequentativum.

981. LATRANTI scilicet tibi inepta loquenti[4].

983. PER SEX SEPTENA id est XLII generationes.

984. SANGVINIS ALTI id est generationis[5] regalis.

985. *a*) EX ATAVIS id est Abraam et David. *b*) TEXENS id est ordinans. *c*) PER STEMMATA[6] id est per genealogias. *d*) FILO id est ordine : hinc filius dictus (18 v°).

986. *a*) SEPTMIVS *ebdomada* sex ebdomadae fuerunt ab Abraam usque ad Christum id est XLIJ generationes : sexies enim seni XLIJ sunt, quibus XLVIIIJ reddunt[7], uno addito conficiunt L annum id est iubeleum in quo omnia debita laxabantur. *b*) Qui videlicet annum gratiae significat de quo Psalmista (LXIV, 12) « Benedicens corone anni benignitatis ».

987. *a*) ANNVM *placitum* id est quinquagesimum id est iubeleum in quo per Christum omnia peccata dimittuntur[8]. *b*) Haec ebdomadis-dis et hec ebdomada huius-dae.

988. *a*) *Illaqueata* id est illigata, inviolata. *b*) Sic Christus veniens cuncta a Diabolo illaqueata remisit.

989. DE MORTE LEVANTEM id est de peccato levan-

1. fano. — 2. Fingere. — 3. nūqid. — 4. Corr. ex loquendi. — 5. generationes. — 6. stemata : sic semper fere. — 7. leg : quibus si VII redduntur. — 8. dimitunr.

tem, scilicet ipsum annum quo Christus in se septimam complevit ebdomadam.

990. IMPERFECTUS ENIM quia nondum septima ebdomada completa erat in Christo.

992. CVI NIHIL quia ipse fuit initium[1] septime ebdomadae.

994. QVI SEPTIMA *sabata* id est veram requiem: propterea ille septimo sabato in sepulcro quievit, ut OSTENDERET quod per illam quietam carni nostrae quies data erat quam vexabant reliqui sex dies malis noxis.

996. *a*) BIS TERNA MALIS id est labor sex ebdomadarum. *b*) SABBATA NOXIS id est culpis. *c*) Sex sunt seculi aetates sicut et hominis. *d*) Septima est dormientium id est requiescentium animarum, quarum requies vera per Christi incarnationem coepit quae septima ebdomada (hoc est septimo septenario) facta est octava resurgentium.

1000. SANGVINIS *heres* scilicet David quia filius David vocabatur.

1001. SANCTILOQVVS *a*) id est sanctus narrator. *b*) REVOLVTO id est renarrato, renumerato[2].

1002. *a*) SVRSVM VERSVS id est a filiis in patres ascendendo. *b*) AGIT id est describit, narrat. *c*) SERIEM id est ordinem generationis.

1006. *a*) DESCENSOS NASCENDO id est a Matheo. *b*) Matheus a nativitate Christi[3] incohans, XL et duas generationes a patribus in filiis descendendo per Salomonem id est per regiam lineam describit. *c*) Lucas vero ab eius baptismo incipiens ascendendo per Nathan id est per sacerdotalem progeniem LXXVII generationes enumerat. *d*) Ideo autem hic LXXII dicuntur quia lege arithmetica minor munerus intra maiorem continetur, vel quia Dominus LXX et duos discipulos ad praedicandum designavit.

1010. *a*) RESTAT VT AERIVM[4] scilicet si Christum

1. intiu. — 2. remunerato. — 3. Xpi *supra*. — 4. aeriā.

negas esse corporeum. *b*) AB ORIGINE[1] id est a primo Adam omnes homines aeria corpora habuisse, quod falsum est.

1017. QVOD EST GESTVM id est si verum est quod dicis.

1021. HORRET *a*) DESPECTUM habet. *b*) Horrere est et timere et despicere : unde « Non horruisti virginis uterum » id est non despexisti.

1024. CVM VAS id est corpus Adae primi hominis.

1035. QVORSVM significat in quam partem, orsum vero in hanc partem.

1038. *a*) DECRERAT pro decreverat. *b*) Haec fuit causa cur Deus hominem tetigerit.

1046. *a*) CHRISTVS NOSTRA CARO EST id est quia nostram carnem suscepit. *b*) MIHI SOLVITVR id est ad meam utilitatem moritur.

1050. *a*) SI MEMBRORVM *fantasma* id est imago falsa id est[2] si membra fantastica habet in humanitate, divinitas quoque illius non vera sed fantastica est. *b*) Inter fəsma et fantasma hos distat : fasma est delusio nihil veri in se retinens, fantasma vero aliquando verum demonstrat.

1052. *a*) FALLERE NOVIT id est falsam carnem ostendere. *b*) HOMINEM PROBAT scilicet esse, non fantasma.

1054. *a*) QVEM GLORIA id est miracula. *b*) PRODIT id est manifestat.

1063. DESPERARE[3] scilicet o heretice dicendo Christum verum habuisse corpus.

1065. ET TOTVS id est cum carne et anima.

1066. RESTITVAR id est in resurrectione.

1070. INSTAVRATIO id est vera resurrectio.

1076. ET VIOLENTIA MORBI peccatum generat mortem, mors autem debilitate et morbis urget.

1080. *a*) PELLITE CORDE[4] alloquitur sua (19 r°) membra quasi iam sepulta. *b*) Epilogum FACIT.

1 origene. — 2. .i. id. — 3. Disperare. — 4. cordae.

HAMARTIGENIA

INCIPIT LIBER AMARTIGENIA

a) Id est de origine peccati : ἁμαρτίαν[1] peccatum, ἁμαρτία[2] peccata inde amartigenia dicitur liber id est de peccatia si posset dici. *b*) Metrum iambicum trimetrum acatalecticum, metrum iambicum senarium.

(PRAEFATIO).

7. *Bidentes* dicuntur a duobus dentibus quos habeant caeteris maiores, vel aetiam bidentes vocantur quasi biennes eo quod in ipsa aetate sacrificiis aptae sunt[3].

9. *a*) QVAM PARAVIT quaeri potest quare respexerit Dominus ad munera Abel, Cain vero munera non respexit. *b*) Numquid plus placet Deo pecualis hostia quam sacrificium de fructibus? *c*) Non utique: sed quia videbat cor Cain malitia et invidia plenum contra fratrem suum, munus eius reprobavit. *d*) In Abel vero simplicitatem et innocentiam adtendens, munus eius respexit : et quia avaritiam detestatus est in labore Cain, qui plus iusto desudabat in laborando, non ut habeat sufficientiam, sed ut superflua quaeque et minus necessaria congregaret.

11. CAIN QVIESCE *a*) hoc secundum LXX dictum est. *b*) *Cain* peccasti, quiesce id est peccasti voluntate ; quiesce a malo opere.

12. RECTE D. recte offert qui Deo sacrificat, sed non recte dividit qui sua offerens semet ipsum Deo abducit

1. amartian. — 2. amartia. — 3. 7 post 9.

vel etiam non recte dividit qui non adtendit cui vel quid vel quo loco vel quis ipse sit qui sacrificat.

24. FINIS EXORTEM Christum extra sortem qui nulla lege mortis constrictus est.

25. *a*) PRISCA C. F. id est antiqua historia quae quasi fabula erat quia adhuc secundum litteram[1] narrabatur. *b*) At ille allegoricat quid significaverunt illa sacrificia Cain.

36. *a*) Marcion A. in principio nascentis aeclesiae IIII heretici pessimi fuerunt : Marcion cuius sectatores Manichei fuerunt ; et Cherintus de quo Iohannes Evangelista cum esset in balneo videns eum lavari cupientem, dixit « Fugiamus hinc ne iste balneae super nos ruant » propter Cherinthum hereticum, veritatis inimicum ; adque Hebion et Simon Magus. *b*) Iste ergo Martion duos deos esse dicebat unum Veteris Testamenti crudelem sanguinarium, atque pessimum quem Deum tenebrarum appellat : alterum vero Novi Testamenti pium misericordem quem Deum bonum dicebat. *c*) Iste itaque malus Deus a quo secundum supra dictum Martionem omnes creaturae corporales factae sunt, cum bono Deo bellum gessit qui omnes creaturas spiritales fecerat : proinde a malo Deo superatus, partem sui id est animam carnaliem ab ipso malo creatam immisit. *d*) Unde caro et anima bellum inter se <gerunt> intestinum. *e*) Hoc autem idem hereticus affirmabat ex Apostoli verbis (Paul. ad Gal. V, 17) qui dicit « Caro concupiscit adversus Spiritum, Spiritus autem adversus carnem. »

37. A SPIRITV id est ab anima quia corpus a malo, animam autem a bono Deo factam esse dicebat.

38. CONTAMINATAE id est pollute quia carnem a malo Deo creatam esse dicebat.

42. VNVM *adque* id est factorem carnis et animae.

57. MENS IN C. secundum philosophos sedes mentis in cerebo est.

1. litta.

H. 4. PER DIVORTIA divortium est locus ubi viae diverse dividuntur : unde et saeparatio uxoris a marito divortium dicitur.

5. IN GEMINIS V. Sicut enim quis inter duo luminaria minus clare videt, ita ille qui duos deos esse putat.

86. PALLA proprie vestis est cum qua[1] sacrificabatur Palladi.

125. *a*) *Frenesis* passio apellata sive ab impedimento mentis, Graeci enim (19 v°) mentem φρένας[2] appellant : seu quod dentibus infrendant qui eam patiuntur. *b*) Nam frendere est dentes concutere. *c*) Est autem perturbatio cum exagitatione et dementia ex cerebro cavo effecta.

135. *a*) *Cerastes* serpens est, dictus eo quod in capite cornua habeat similia arietum. *b*) κέρατα[3] enim Graeci cornua vocant. *c*) Est autem flexuosus plus quam alii serpentes, ita ut spinam non habere videatur.

143. *Nembroth* quidam gigas fuit qui primitus Babiloniam aedificavit, sed hic pro diabolo ponitur.

230. QVID LOQVAR H. F. *a*) modo dicit qualiter peccante primo homine, omnes creaturae vitiatae sunt. *b*) Nam ante peccatum illius nullum animal rapto vivebat nullaque herba venenosa habebatur. *c*) *Eseforium* est parva tunica quae vulgo *guursebalt* dicitur.

233. *Cicuta* est herba venenifera quam Pithagora ab Atheniensibus coactus bibisse fertur : sed hic pro omni venenosa ponitur herba.

234. *a*) *Daphnen* Daphnis femina fuit quae versa <est> in florem sui nominis. *b*) Rhododaphnis autem dicitur croceus flos : hinc et in Homero (e. g. A 477) legitur ῥοδοδάκτυλος[4] id est crocei digiti. *c*) Nam ῥόδον[5] Graece, rosa Latine ; δάκτυλος[6] digitus dicitur.

(234). ῥόδον[7] Graece rosa, inde rododaphnen roseam Daphnen id est *niphtun* quae in rosam conversa est : unde Homerus (e. g. A 477) ῥοδοδάκτυλον[8] apellat Auroram

1. Corr. ex quia. — 2. frenas. — 3. Cerata. — 4. rhododactilon. — 5. rodos. — 6. dactilos — 7. rodos. — 8. rododactilon.

id est aureas digitos habentem, quae et Leucotea id est Alba Dea dicitur : nam λευκός[1] albus est[2].

241. PARTE A. nunc loquitur de aquis quomodo fines suos transcendant.

242. REPAGVLA sunt fortissimi fustes quibus hostia sive porte obfirmantur.

250. QVO *caetera* scilicet animalia quia homine peccante caetera peccaverunt.

257. AB AVRO quia crescit amor numi quantum ipsa pecunia crescit.

260. LENO id est conciliator stupri : et facit femininum lena.

270. *a*) SVSPENDERE BACAS Bacae generaliter vocantur omnes fructus arborum qui molliore cortice teguntur, ut baca lauri et baca piri et caetera : sicut nux vocatur omnis qui duriore. *b*) Sed hic bacas pro rotundis posuit lapillibus, quos uniones vel perulos vocamus : et ideo unio nominatur quia in capite ostrearum unus tantummodo repperitur et hoc bis in anno[3].

271. *a*) CONCHARVM genera diversa concharum sunt, quorum unum generat lapillos nitidos qui peruli vocantur; vernali quidem <tempore>[4] pretiosiores, autumnali vero viliores de earum cerebro generantur. *b*) Qui si in aliquod liquamen mittantur statim dehiscunt, id est adnihilantur[5].

274. QVAE PLASMATA πλάττω[6] Graece formo Latine et facit praeteritum aplaza id est formavi: unde plasma, formatio[7].

281. QVI VAS T. id est mulierem : unde ait Apostolus (Paul. I Thess. IV, 4) « Vt sciat unusquisque suum vas possidere[8] ».

288. RAMORVM S. Seres sunt populi orientales apud quos sericum nascitur unde et nominatur[9].

289. SCVTULIS id est vestibus scutulatis id est orbiculatis quae rustice *glitinne* dicuntur.

1. leucos. — 2. (234) post 697. — 3. Om. — 4. 270 post 295. — 5. 271 post 257. — 6. plato. — 7. 274 post 270. — 8. 281 post 271. — 9. noratur.

295. PLVMEA T. plumea dicitur acus : inde in bibliotheca legitur (vid. Exod., XXXVIII, 18) « Opere plumario », id est ex acu facto[1].

297. FEMINEAS quia femine pigmentatis odoribus delectantur.

298. OMNIA L. modo narrat quomodo quinque sensus quos Deus creavit ad usus honestos convertimus ad pravos : omne nostri corporis robur in V. sensibus constat.

304. *Pro* DOLOR exclamat poeta dolendo.

310. THEATRALI theatrum est locus publicus ubi spectacula ludorum[2] fiebant; dictum a Greco quod est θεωρῶ[3] id est video[4].

316. LYRICAE. *a*) que lyram cantat vel cantatricis id est quae varia carmina canit. *b*) Lyra enim ἀπὸ τοῦ λύρειν[5] id est a varietate cordarum ; unde et liricus poeta dicitur qui varia carmina describit.

318. PATVLAS *a*) inter patulum et patens hoc distat ; patulum est quod semper est apertum ut aures et nares. *b*) Patens vero quod ad tempus aperitur et ad tempus clauditur ut oculi et valvae.

322. GANEONIS ganeones sunt caupones tabernarum, labeones id est glutones vel gulosi.

328. AT NOS modo dicit Prudentius (20 r°), enumeratis quinque sensuum superfluitatibus, eum esse felicem qui terrenis cum temperamento utitur, superfluitate reiecta modum[6] naturae custodire contendit.

354. NIL LVTEVM *a*) sicut aqua ex fonte pura et sine aliqua[7] corruptione emanans terram sordidam praelambendo immunda efficitur; ita et omnia quae a Deo valde bona creata sunt hominum vanitatibus sordidantur. *b*) Nam aequum (vid. 358) ad sustentationem fragilitatis humanae, non ad turpes usus creavit. *c*) Equestris enim res primitus simplex agebatur et utique communis usus creatus[8] non erat : sed dum ad ludos coactus est natu-

1. 290 post (234). — 2. ludorur. — 3. theoro. — 4. dictum-video post *fiebant* — 5. apotulyrin. — 6. m̊. — 7. aliqa. — 8. reat[s].

ralis usus et ad currilia certamina ad demoniorum cultum translatus[1] est[2].

357. *Sordent* sordidum faciunt ipsum liquorem.

361. *a*) *Circus* est proprie illud spacium quod circumire equi solent in circensibus[3] ludis[4] : sed hic pro ipso ludo ponitur. *b*) Latini circum dictum esse confirmant a circuitu equorum eo quod ibi circuenses equi currant : Greci vero a Circe filia Solis (patri suo hoc genus certaminis instituit) asserunt noncupatum.

363. NON CURSUS E. cursus a velocitate[5] crurum dicitur: est enim cursus celeritas pedum.

365. *a*) *Palestras* palestra dicitur ἀπὸ τοῦ πάλλειν[6] id est a luctatione. *b*) παλαίω[7] enim Graece luctor vel fugio : palestretites, luctatores. *c*) Vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν[8] dicitur id est a motu ruinae fortis. *d*) Est autem locus luctationis ubi ferae inter se vel cum hominibus luctabantur.

366. *Succum* id est oleum quo homines luctarii unguebantur.

367. *Audatia* FVNEM de scenobatis dicit, id est funambulis : nam σχοῖνος[9] Graece funis Latine ; batin gradus.

368. PROSCENIA et *pulpita* sunt gradus scenae : funambuli Latine dicuntur, Graece σχοινοβάται[10].

371. SPECTACVLA spectacula dicuntur eo quod hominibus ibi publica praebeatur inspectio et haec ludicra dicuntur eo quod in ludis gerantur.

386. *Perneciosa* pernecies, mors a pernecando : pernicies et pernicitas velocitas est.

387. PVLVERE V. yppallage est : pulvis enim vento difflatur, non ventus pulvere.

395. *Supersticio* dicitur quasi superstantium rerum cultus, vel etiam *superstitio* dicitur vanus cultus a superstitibus[11] id est aniculis, quae diu vivendo delirant.

397. *Pertracto* compositum quia non mutat sensum, ideo

1. *In ras.* — 2. 354 post 357. — 3. circensis. — 4. ludibus. — 5. audocitate. — 6. apotu palesi. — 7. palo. — 8. apotu palein. — 9. scenos. — 10. scenobate. — 11. supstitis.

non mutat litteraturam : *obtrecto* quia aliud significat mutavit a in e.

402. *Clava* est baculus[1] Herculis, ferrum in capite habens cum qua hominibus minabatur mortem : argumenta dialectica Erculeam clavam apellat.

403. *a*) *Gymnosophistae* dicuntur nudi philosophi qui sine aliquo indumento nudi philosofantur : γυμνός[2] Graece nudus. *b*) Hinc aetiam quidam heretici occasionem sumentes ex eo quod Adam in paradiso nudus constitutus est, dixerunt unumquemque nudum sacrificare debere. *c*) Unde et Adamitae ab Ada[3] dicti sunt.

404. *a*) INCERAT[4] id est candelas facit quae posite in templis super lapidem has statuas liquentes defluunt. *b*) *Idolatrix* id est idolo serviens. *c*) Idolatria dicitur servitus quae Deo debetur, sicut dulia servitus quae hominibus impenditur : de qua ait Apostolus (cf Paul. ad Gal. V, 13). « Per caritatem servit invicem », unde et idolatriae dicuntur.

409. *a*) SVRGIT IN AVXILIVM modo sub nomine gentium quas Deus ad introitum Israhelitici populi destruxit, commemorat vitia quae spiritaliter per ipsas significantur. *b*) *Cananeus* Cana interpretatur zelus : inde Canaan commutans sive commutatus vel commutatio.

415. CONFLIGVNT C. id est aliquando internae cogitationes, aliquando externae hominem (20 v°) ad peccatum provocant : et ideo dicit hii id est aliqua vitia EMINVS, illi aliqua *comminus*, id est prope quasi cum manibus confligunt.

445. *a*) HOSTICA id est hostilia : hosticus et hostilis idem est. *b*) Hostire autem dicebant antiqui aequare : inde *hostis* dicitur quod aequare videtur in prelium, hinc et hostorium[5] dicitur lignum quo aequatur modius.

448. HAEC[6] ILLA EST BABILON per captivitatem transmigrationemque gentis Iudaeorum de Ierusalem

1. bacu. — 2. Gymn^s. — 3. àd. — 4. incertat. — 5. hostiOꝝ. — 6. Corr. ex Nec.

(quae visio pacis interpretatur) in Babiloniam (quae confusio vocatur) humani generis sub diabolo captivitas et eius transmigratio post baptismum ad pristina peccata significabatur.

449. ASSVR id est Nabugodonosor qui fuit princeps Assyriorum et Medorum per quem significatur diabolus.

455. DESVESCVNT[1] id est desistunt : desuescere[2] est enim a consuetudine recedere.

460. IAM P. M. PIGET *a*) animae a diabolo[3] captivatae vitiisque[4] omnibus servientes non possunt iam recordari spiritalium dulcedinem canticorum nisi per gratiam Dei iterum fuerint emancipatae. *b*) Vnde et in Psalmo legitur (CXXXVI, 4). « Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena ? »

461. *a*) ANATHEMATA R. anathemata dicitur ἀπὸ τοῦ ἀνατιθέναι[5] id est a sursum ponendo vel sursum pendendo[6]. *b*) Vestes enim sive aliae res votae suspendebantur in templo et alienabantur ab illis qui eas offerebant : unde pro alienatio.

462. MEMPHITIDIS A. *a*) Memphis civitas est Aegypti ex qua omnis regio illa vocatur Memphis. *b*) Aegyptus quae tenebre et meror interpretatur, diaboli regnum significat, mare vero per quod populus fugiens transivit baptismi mysterium figurabat, per quod omnes a diabolica servitute liberantur. *c*) Et est sensus : Nonne melius fuisset ipsum populum de Egypto hoc est de idolorum cultura non liberari, quam postea in deserto vitulum aureum adorare ? et nonne melius unum<quem>que[7] et levius sub originali peccato manere, quam accepto baptismo et remissione peccatorum, ad pristina iterum crimina inflecti ? *d*) Levius itaque quia sicut ait Apostolus (cf. II, Pet. 2, 21). « Melius est viam veritatis non cognoscere quam cognitam derelinquere. »

465. LIMO ET PALEIS ex luto et paleis in Egypto late-

1. deuescunt. — 2. deuescere. — 3. dō. — 4. uitisq. — 5. Apotuanatione. — 6. ponendo. — 7. unūq.

res ad civitates faciendas conficiebant, quia ipsa terra plana est sicut hortus et lapides non habet.

467. *a*) PER PRODIGIALIA[1] SIGNA Moyses XII misit exploratores ante populum qui terram repromissionis considerarent, ex quibus fuerunt Calep et Iosue. *b*) At illi terrae fertilitatem ostendere volentes, acceperunt de fructibus eius mala videlicet granata et botrum mirae magnitudinis quem in vecte positum inter duos apportaverunt. *c*) Botrus Christum significat, duo viri qui portabant duos populos quorum unus qui praecedebat non videbat quod portabat, quia Iudei Christum credere noluerunt. *d*) Qui autem subsequebatur videbat quod portabat quia gentiles Christum corporaliter videntes Deum esse, fideliter crediderunt. *e*) Vectis autem qui duos portantes coniungit[2], fidei unitatem demonstrat, quia quod Iudei promissum, gentiles crediderunt impletum.

477. VALLEM Botrionis id est Neelescol quae interpretatur Torrens Botri, unde apportaverunt exploratores botrum mala granata ficus et caetera.

489. *Aries* est lignum caput habens ferratum quo milites muros frangunt.

493-4. VALLO TRIPLICI trivallo id est fide Sanctae Trinitatis ; vel doctrinam physicam ethicam catholicam[3] vult intelligere[4].

500. *a*) ALLOPHYLVS Hebraice φυλισταῖος[5] Graece; Palestinus Latine: allophili autem dicuntur id est alienigenae quia semper contrarii fuerunt populo Israel et longe ab eorum genere ac societate separati. *b*) Ex ipsa gente fuit Golias, cuius <frater> (21 r°) Iesbitenob sex[6] digitos habens voluit occidere David : et mater illius Arapha vel Orfa, soror videlicet Ruth, vocabatur.

502. IPSE CHARON ipse portitor inferni : dicitur autem Charon quasi acharon id est sine gaudio.

507. SUBIECTAM VANIS Apostolus dicit (Paul. ad

1. P digalia. — 2. coniunget. — 3. laicam. — 4. 493-4 post 500 b. — 5. philisteus. — 6. se.

Rom. VIII, 20). « Vanitati enim omni creatura subiecta est nolens. »

509. QVI LVCTAMEN sicut ait Apostolus (Paul. ad Ephes. VI, 12). « Non est nobis conluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes. »

520. *a*) *Belial* Hebreum est, interpretatur absque iugo : idem est et Beemoth, in Latina autem lingua animal sonat propter quod de excelsis ad terrena cecidit et pro merito suo ut animal brutum effectus est. *b*) Ipse est et Leviatan id est serpens de aquis quia in huius saeculi mare volubili versatur astutia[1]. *c*) Leviathan autem interpretatur additamentum : quorum nisi hominum? *d*) Quibus in Paradiso semel culpam praevaricationis intulit et hanc usque ad aeternam mortem cotidie persuadendo adicit vel extendit.

523. NEMO H. N. A. I. P. C. ACCVSET *a*) Nemo audeat dicere se ideo peccare quia Deus fecit ei corpus quod a peccatis cohibere non potest. *b*) Unusquisque enim per Dei gratiam carnis illecebras superare valet[2].

527. QVIPPE ANIMVS animus et anima idem est id est substantia qua vivimus, sed hanc faciunt differentiam : anima est qua vivimus, animus quo sapimus.

531. VIRVS id est venenum[3]; pro vita hic posuit.

538. MEDICATO *a*) id est venenato vulnere. *b*) Medicor τῶν μέσων[4] est, unde medicari dicuntur sagittae quando toxicantur : et in hoc <loco> in malum.

553. SED QVID EGO nostrae mentis cogitationes quae soli Deo cognitae sunt, diabolus scire non potest ; sed quia ipse subtilissime naturae est, mala quae interius cogitamus per quosdam nostri corporis gestus intelligens hortatur ut ea opere compleamus.

564. ABESSALON vel *Absalon* *a*) interpretatur patris mei pax per contrariam dictionem. *b*) Etenim magna crudelitas extitit hoc quod gessit contra patrem.

579. NOS DIGNVM *a*) primus homo liberum habuit

1. astatus. — 2. 523 post 527. — 3. venenū *supra*. — 4. ton meson.

arbitrium et poterat per naturam virtutes diligere et vitare vitia : neque enim habebat in se bellum vitiorum, sed postquam volens peccavit amisit liberum arbitrium in bono ita ut iam nil boni per se velle possit nedum facere sine gratia Dei; et non solum volens, sed aetiam nolens peccet. *b*) Unde malum quidem a nobis ipsis habemus, bonum autem tantummodo a Deo.

583. FVSAE PROLIS fusam prolem vocat fusum venenum unde proles nascitur.

584. NON SEXV FERTILIS non enim habet sexum consimilem aliarum bestiarum ut possit partus effundere, idcirco moriendo eos emittit.

592. CARO P. caro ablativus est ab eo nomine quod est *carus*.

606. *Reptantes*[1] CATVLI catulos vocamus quicquid unguibus saevit, sicut leones, lupi et caetera.

607. POSTVMA postumus dicitur qui post humationem patris nascitur.

614. HYDRI *a*) Hydra vel hydrus serpens, qui in aquis habitat. *b*) ὕδωρ[2] enim Graece aqua dicitur.

618. PUERPERIIS[3] puerperium est pueri partus.

625. DOMINVM DIXISSE PROFANIS in Evangelio legitur (Johan. VIII, 39) Dominum dixisse Iudaeis « Vos ex patre diabolo estis; si filii Abrahae fuissetis... »

628. PRO CAECA L. pro interiectio dolentis[4] (21 v°) ex quo componitur pro dolor et pro nefas.

634. INDI populi sunt subsolitani[5] qui propter solis nimium ardorem nigra corpora habent.

636. VOCANS IN FORNICE *a*) fornix est domus arcuata id est lupanar, prostibulum, meritorium : idem sunt, locus videlicet, ubi meretrices meretricabantur. *b*) Sensus est : plus volens in fornicibus filios concipere quam Christo regi nubere.

637. PELLACIA LITEM pellax dicitur fraudulentus, versipellis, unde pellatia dicitur fraus.

1. Raptantes. — 2. ἴdor. — 3. Pueriis. — 4. dolem. — 5. subsolitni.

645. *Degener et* FACTO NEC SE MANVS INQVINET id est si Deus voluisset nec voluntate nec opere scilicet pollueretur homo[1].

650. DAMPNA AVRES id est obdura scilicet[2] fac ne audiant tantum nefas.

652. CONCIPIAT id est suscipiat, id est ne eorum prava audiam eloquia, omnes sensus obstrue[3].

671. ANIMARE PVDICIS *a*) id est castis ; castitas in hominibus gloriosior est quam in angelis. *b*) In angelis enim felicitas naturalis est, in hominibus autem virtus : et ideo quod illi naturaliter habent, isti per laborem habere conantur. *c*) Hominum quam angelorum castitas laudabilior et maioris meriti quodammodo dici potest.

681. IMPERIIS[4] CVMQVE A. P. « Cum OMNIA » inquit[5] « tibi daret Dominus, de libero arbitrio esset avarus ut non eum tibi daret. »

689. INTER VTRAMQVE VI. DISC. *a*) Homo per Dei gratiam ad agendum quicquid voluerit liberum[6] arbitrium habet. *b*) Si enim aliquis iniustus bonum faceret, nullum inde premium accipere posset ; et si iterum nolens sed a Deo coactus malum ageret, nullum pro hoc supplicium pateretur. *c*) Deus autem aliquid hominem ad bene agendum nolentem misericorditer cogit : ita tamen ut illius bona voluntas postea subsequeretur.

696. *Indoles* est proprie imago future nobilitatis quae in pueris videtur.

713. REA CRIMINIS non quidem legitur quod suaserit ei[7] ut manducaret, sed in hoc quod dicitur de diabolo[8] intelligitur quia suasit ad comedendum.

715. VIR ET IPSE LIBENTER *a*) denique Adam sciebat mulierem pomum vetitum comedendo peccasse, sed eam in tantum diligebat ut propter illius amorem, ne sola periret, illud etiam comederet. *b*) Unde ait Apostolus (cf. Paul. ad Tim. I, 2, 14. « Vir non est seductus, sed mulier. » *c*) Itaque a Domino increpatus in eam voluit retorquere

1. 645 post 652. — 2. s. — 3. 650-52 post 637. — 4. Impiis. — 5. Corr. ex inquid. — 6. libu. — 7. ei'. — 8. d.

peccatum dicens (Gen. III, 12.) « Mulier quam dedisti mihi » similiter et mulier interrogata in serpentem reflexit culpam, dicens (ib. 13) « Serpens decepit me. » *d*) Quo morbo hodieque laborat genus humanum.

731. SVB IMAGINE DVPLA tres angeli fuerunt, sed tertius cum Abraam remansit, duo venerunt ad Sodomam.

735. QVAE M. F. C. Sodoma quae interpretatur pecus mutum, mundum significat, cui si quis semel renuerit, non debet iterum illius vanitates intueri.

742. SOLIDATA METALLO metallum vocat scriptura[1] quamcumque petram duram, ut illud : « Positus est ad resecanda metalla. »

748. *Monumenta rigantia* illam statuam vocat in qua demonstratur antiqua noxa videlicet respectionis post dorsum.

761. *a*) *Propolae* sunt tabernae id est domuncule ex tabulis ubi venditiones fiunt pigmentorum[2] aut aliarum rerum. *b*) *Meretrix* vocatur eo quod mereat pretium voluptatis, unde meritoria loca dicuntur id est lupanaria.

762. *a*) *Circus* est locus ubi ludi circenses agebantur : superius (361) expositum est quid sit. *b*) Πεῖνα[3] Graece fames, inde popina dicitur culina eo quod popinae dicuntur culinae quae iuxta termas fiebant in quibus milites egredientes a balneis cibos (22 r°) sumebant.

769. EN TIBI SIGNATVM[4] est scilicet : quomodo homines libero arbitrio utuntur.

778. *Aspice* RVTH *a*) nota est historia ; populo Israel famem paciente, Noemi cum duobus filiis suis Maalon et Cellion ad terram Moabitidem perrexit : quorum unus duxit uxorem ibi nomine Ruth, alter vero sororem eius Orfa sive Arafa. *b*) Denique illi duo fratres in eadem terra mortui sunt, Noemi autem cum audisset quia respexisset Deus terram Israel reversa est cum duobus nuribus suis ; cumque venisset prope terram suam dixit illis (Ruth. I, 11).

1. scripturā. — 2. picmt OZ. — 3. Pina. — 4. signtū.

« Revertimini filiae. » *c*) Tunc Orfa malens pristinos cultus et idola colere quam Noemi insequi, reversa est, Ruth vero secuta est eam. *d*) Unde in Paralipomenon legitur (immo Ruth. I, 22). « Reversa est in Bethleem[1] » id est in panem.

785. RVTH[2] DVM P. S. de ista Ruth[3] in Isaiae prophetia legitur (XVI, 1). « Emitte agnum Domine dominatorem terrae de petra d. a. m. f. s. O Deus pater e. a. d. id est Christum de petra id est de Ruth que petrina idola coluerat : « deserta », quia ipsa deserta erat a viro : « ad montem f. s. » id est ad aeclesiam[4].

786. *Fulchra* vocantur lecti vel quicquid fulcit id est sustentat unde et fulcita[5] quam habemus cum qua insedemus. fulcra etiam cancelli vocantur (stiphadia idem sunt) sed proprie lectorum.

789. HIVLCVM hio hias verbum unde venit hiulcus, hiulca, rimosa et aperta res[6].

790. PERVENISSE SIMVL, BIVIVM *a*) Pittogoras Samius ad exemplum humanae vitae primus y litteram formavit cuius virgula subterior[7] primam aetatem significat, incertam quippe, et quae adhuc nec vitiis nec virtutibus se dedit. *b*) BIVIVM autem quod super est ab adolescentia incipit ; cuius dextra pars ardua est, sed ad beatam vitam tendens, sinistra facilior sed ad labem interitumque deducens. *c*) De qua Persius ait (III, 56-57). « Et tibi quae Samios deduxit litera ramis (ramos Pers.) Surgentem dextro monstravit limite callem. »

792-93. *a*) *Spineam silvam* et *scopulosam semitam* labores et erumnas dicit quae boni viri in praesenti seculo pro Chisto perferunt. *b*) Velud scriptum est (Act. XIV, 22) : « Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum. »

802. OMNIBVS VNA SVBEST NATVRA contra mathematicos loquitur qui dicunt omnium hominum mores actus et eventus secundum constellationem fieri

1. leem. — 2. Rut, corr. ex Rud. — 3. Corr. ex Rudh. — 4. aedesiam. — 5. fucitā. — 6. 789 post 790. — 7. subtior.

et sub qualicumque signo fuerit natus, illius naturam hominem habere confirmant, sed mentiuntur.

807. VISCO viscus visceris dicitur quicquid intra corium tegitur, viscum visci gluten.

824. PRAESCIVS INDE P. infernus propter diabolum non propter hominem factus est, Domino adtestante qui in Evangelio (Matth. XV, 41) ait : « Qui praeparatus (paratus, Vulg.) est diabolo » sed quia homines diaboli facta imitantes inferni supplicia sustinere necesse est, propter illos aetiam facta fuisse dicuntur.

828. PERPETVIS s. *a*) quidam dicunt vermes in igneis fluminibus inferni vivere non posse, sed Beatus Augustinus (C. D. XXI, 2) hoc non esse dubitandum <dicit> cum etiam vermes habeantur in aquis calidis thermarum quorum natura est ut si foras fuerint producti cite moriantur. *b*) Salamandra quoque serpens in mediis flammis sine dolore et consumatione vivit et non solum non uritur sed aetiam incendium extinguit.

833. *Abyssus* est profunditas aquarum inpenetrabilis.

852. *Postliminium* dicitur reversio ex captivitate : quando aliquis in exilium ire cogitur et iterum relegatus post multos dies revertit, ipse reditus postliminium dicitur post captivitatem, quando quis limen domus suae diu dimissum revisit ; vel postliminium in scripturis vocant auctores ad alia transeuntes (22 v°) intermittunt aliquo spatio et iterum ad incepta revertuntur.

853. CANA FIDES ideo dicitur eo quod in canis id est in senibus habeatur seu quia sacrificantes Fidei manum albo panno velabant, per hoc ostendentes fidem absconsam fieri debere.

854. POST DIVERSORIA [1] diversorium dicitur hospitium a divertendo ubi iter agentes divertunt causa hospitalitatis.

859. *Divitibus* parabolam evangelicam tangit a Lazaro paupere et de Divite. (Vid. Luc. XVI, 19).

1. diuersoriaria.

863-66. *a*) Secundum eos loquitur qui dicunt infernum esse apud antipodas : illi enim inferiorem partem terrae possident nos vere superiorem et polus dividit nos ab eis. *b*) Et ideo dixit (866) « POLVS MEDIOQVE ».

868. PALLA est proprie vestis cum qua sacrificabatur Palladi.

873. CILIOVE *a*) cillere dicimus movere, unde et cilia vocantur a crebris motibus sive a celando eo quod oculos tegant. *b*) Nam pilos ciliorum quos hic setas vocat tautones nominamus.

876. NIL FERRVGINEVM ferrugo est genus purpurae nigrae quae in Hispania invenitur, inde ferruginea res dicitur subnigra.

881. *Tile* [1] ultima est omnium insularum ultra Britaniam, ultra Orcades in qua ut Solinus dicit (cf. p. 219, 26 Momm.) homines tempore hiemali herbis una cum suis pecoribus [2] vivunt, estivali autem caseo et lacte, panem omnino nesciunt.

883. PEREVNT SVB NOCTE COLORES secundum eos loquitur qui dicunt omnes res coloratas perdere suum colorem nocte.

888-89. SINISTRI SEV DEXTRI dextrum seu sinistrum aerem vocat dextram vel sinistram viam quarum una ad vitam, altera ducit ad interitum.

912. SEQVESTRA [3] *a*) sequester dicitur mediator, qui inter duos rixantes pacem mittit. *b*) Inde Moyses dicit (Deut. V, 5) « Sequester et mediator fui inter vos et Deum. » *c*) Virgilius quoque ait (Aen. XI, 133) « Sequestra pace » (codd. Verg. pace sequestra) id est mediatrice.

914. VENTVRIS [4] SOLIBVS id est diebus quia ipse vidit omnia quae ventura erant aecclesiae usque in finem mundi.

921. *Volucla* et *involucla* dicimus involutiones vestimentorum sed in hoc loco involutionem mortui hominis in sepulchro involucla vocat.

1. Tilo. — 2. peccoribus. — 3. sequestrea. — 4. Uenturib;.

922. *Ternam* NOCTEM dicit caelum terram infernum.

944. *Conclamatos* dicimus desperatos.

951. Quadrans *a*) est quarta pars cuiusque rei. *b*) QVADRANTEM MINIMVM dicit in hoc loco minimum peccatum sive omnia peccata generaliter quae homines in terra committunt ; terra enim quarta pars est in elementis.

EXPLICIT AMARTIGENIA.

INC PSICHOMACHIA.

Pax quando est adverbium comicum blandientis id est apage sis, corriptur, quando autem nomen est, producitur (Cf. p. 118, 14-16).

PSYCHOMACHIA

---

a ψυχος[1] vel ψυχή[2] Graece anima Latine, machia pugna: inde psichomachia pugna animae cum vitiis.

b Aurelius[3] Prudens Virtutum proelia Clemens Cum Vitiis cecinit metrica[4] scolasticus arte.

(Praef.)

1. PRIMA C. V. Abraham exemplum fideliter credentium fuit quia ipse primus credidit Deo et reputatum est ei ad iustitiam.

2. ABRAM *a*) interpretatur pater excelsus, Abraam vero pater multarum, subaudis gentium vel omnium. *b*) BEATI SEMINIS id est Christi de quo ei a Domino praedictum est Gen. XXII, 18 : « In semine tuo benedicentur omnes gentes ».

3. ADIECTA id est incrementata, augmentata.

5. SENILE PIGNVS *a*) id est filium quem in senectute genuit. *b*) QVI DICAVIT imolavit quia quantum in se fuit eum Deo sacrificium obtulit.

9. CVM PROFANIS GENTIBVS id est cum vitiis : sicut Apostolus ait (Paul. ad Ephes. VI, 12 : « Non est nobis conluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes 23 r° et potestates et contra spiritalia vitia nequitiae in celestibus. »

11. PROLEM CONIVGALEM sicut Abraham filium coniugalem gignere non potuit antequam reges qui Loth vinctum tenebant, superasset, ita nemo virtutes ex se valet

1. Psichos. — 2. psiche. — 3. Aureli. — 4. me metrica.

gignere antequam vitia sibi repugnantia penitus devicerit [1].

12. MATREM VIRTVTE Sara enim, de qua Isaac natus est virtutem significat [2].

15. VICTVM FEROCES ubi quinque reges praedati sunt Loth.

18. PATRVELIS est filius fratris [3], sed in hoc loco pro patruo accipitur.

19. *Abraham* post praedones currit.

24. QVEM GAZA *a*) gaza lingua Persica divitiae dicuntur. TRIVMPHVS N. *b*). quia de quinque regibus triumphabant Sodomorum.

25. CAPTIS T. nam ipse gazae impediebant eos in redeundo.

26. FERRVM STRINGIT strictus et districtus dicitur gladius evaginatus atque nudatus, inde districtum iuditium dicitur apertum et manifestum.

30. MONILIA sunt ornamenta mulierum pendentia de collo ad pectus, dicta a monendo, eo quod moneant mulieres subditas esse viris suis debere.

32. LOTH IPSE RVPTIS Catexoche figura est in hoc loco id est discretio nominis quia omni [4] praeda numerata Loth ipsum nominatim ad ultimum commemorat [5] : idem est et τὸ πρέπον [6] id est ex nomine dignitas.

33. ATTRITA BACIS *a*) bace proprie dicuntur fructus lauri sive racemi ederarum : sed hic pro nodis catenarum ponuntur. *b*) Bacca vero per duo cc ministre Bacci id est Liberi.

35. REDIT R. Abraham devictis hostibus recepto Loth cum victoria revertitur.

38. ADHVC RECENTEM id est novum et sanguine interfectorum adhuc pollutum.

39. *a*) Ubi Abraam decimas offert et Melchisedech panem et vinum. MELCHISEDECH (43) *b*) rex et sacerdos Dei summi sacerdos dictus est quia ipse panem et vinum

1. 11 post 12. — 2. 12 post 9. — 3. Corr. ex patris. — 4. oma. — 5. comerat. — 6. Ton Ppon.

Deo obtulit non hostias de victimis taurorum nec pecudum : unde iam praesignabat mutationem legalis sacerdotii. *c*) In Novo enim Testamento sacrificium victimarum translatum est in sacramentum corporis et sanguinis Christi.

40. REX *a*) scilicet Salem quae postea dicta est Hierusalem. *b*) Duae Salem fuerunt, una in Iuda de qua nunc disputatur, altera civitas Cichimorum [1].

42. PRODIT A. S. *a*) non [2] quod Melchisedech sit sine patre nec sine matre sed quod subito sic introducitur ut nulla eius generis origo demonstretur. *b*) Unde et Apostolus (Paul. ad Heb. VII, 3) eum sine patre dicit fuisse, sine matre, sine genealogia ; quia Christus qui per eum significatur sine patre fuit per humanitatem, sine matre per divinitatem. *c*) Natus est enim de patre sine matre, de matre sine patre.

45. MOX ET TRIFORMIS ANGELVS isti tres angeli qui meridiano diei tempore Abrahae sedenti in ostio [3] tabernaculi sui apparuerunt, unum Dominum Christum significant : unde et Abraham tres videns unum adoravit ; ubi Abraham sub arbore cum angelis loquitur et Sarra post hostium risit.

46. *a*) *Magalia* id est habitacula. *b*) *Mapalia* dicuntur lingua Afrorum parvae casulae pastorum : idem est et magalia, magal enim lingua eorum casa dicitur sed *magalia* longam habet ma, mapalia vero brevem.

47. ET *quietam* id est vacuam, virtute pariendi privatam, cui desierant [4] fieri muliebria [5] et ideo parere cessaverat.

48. *Exsanguis a*) id est sine sanguine menstruali. *b*) STUPET id est miratur id est filium quem in iuventute habere debuerat iam anus effecta miratur : unde et Domino dicente ad Abraham (Gen. XVIII, 10) « Veniam ad te tempore isto, vita comite, et habebit [6] filium Sara uxor tua », Sara risit post (23 v°) hostium tabernaculi, quasi dubitans.

1. Leg. Sichemorum. — 2. Corr. ex nan. — 3. hosti. — 4. derant. — 5. muliebra. — 6. habebat.

49. *a*) *Poenitens* id est quoniam risit increpata poenituit. *b*) Poenituit enim illa sui risus, Domino increpante illam, quia[1] irrisisset dicens, (Gen. XVIII, 13). « Num paritura sum anus? », unde et ipsa perterrita negavit dicens (ibid., 15). « Non risi ».

50. *Hec* AD FIGVRAM illud quod nobis gerendum est significat[2].

52. VIGILANDVM IN ARMIS arma pectorum virtutes sunt[3].

57. SI QVID TRECENTI B. N. A *a*) per trecentos fidem Sanctae Trinitatis accipere possumus, et ita iungendum si noverimus quid possint : iste numerus id est CCC *b*) Tau littera quae figuram crucis Christi ostendit sine dubio exprimitur : X vero et VIII perfectionem operum cum fide Sanctae Trinitatis designant. *c*) Sexies enim terni vel ter seni X et VIII conficiunt. *d*) Hoc itaque bellum Abrahae contra IIII reges allegorice significat bellum virtutum et vitiorum. *e*) Pater ergo fidei et prima via credendi Abram pro fratre suo Loth contra IIII reges dimicavit et vicit non in multitudine exercitus sed in trecentis X et VIII vernaculis expeditis. *f*) Sic et unusquisque nostrum pro anima sua tamquam Abraham pro fratre contra IIII reges id est contra spiritales nequitias spiritale bellum gerat cum trecentis X et VIII vernaculis id est cum auxilio Sanctae Crucis et perfectione bonorum operum atque fide Sanctae Trinitatis.

59. MOX id est deinde[4] IPSE CHRISTUS *a*) id est anima a servitio vitiorum liberata et CCCVIII spiritaliter intellectis. VERVS[5] EST *b*) quem sub verum sacerdotem significavit Melchisedech, cuius genealogia inenarrabilis fuit, quia secundum divinitatem Christus ita genitus ineffabilis est et sicut ipse dicit, (Johan. XIV, 23) : « Si quis diligit me, sermonem meum servabit et Pater meus diliget eum et ad eum vemiemus et mansionem apud eum faciemus ». *c*) Ideo dixit.

1. qui. — 2. 50 post 52. — 3. 52 post 49. — 4. *Supra*. — 5. Verrus.

63. TRINITATIS *hospite.*

(Ps.) 1. CHRISTE G. H. *a*) Virgilii est iste versus qui ait (Aen. VI, 56) : « Phoebe graves Troiae semper miserate labores ». *b*) In praefatione superposita facit propositionem, modo invocationem, ad ultimum narrationem more poetarum.

2. CLVIS *a*) id est gloriaris excelles polles viges. *b*) Κλύω [1] Graece ausculto, Latine vero cluo dicitur excelleo. *c*) PROPRIA [2], S. VNA quia Patris et Filii una est virtus.

3. DE NOMINE *trino a*) id est de Trinitatis nomine id est Patris et Filii et Spiritus Sancti. *b*) *Alii* VTROQVE Patris et Filii.

4. NON TAMEN ET SOLVM *a*) quia sicut Leo Papa dicit (de Pentecoste, III, 1). « Deus solitudinem non recipit. » EX PATRE CHRISTE *b*) Deus enim dicit per prophetam Is. LXVI, 9, quia : « Alios parere facio, numquid ipse non generabo? »

8. SEDITIO *a*) id est perturbatio. *b*) Seditio dicitur per contrarium quasi sedatio, quod vix possit sedari.

10. FVRIIS *a*) tres sunt Furiae infernales quarum prima est Alecto quae inpausabilis Latine dicitur ; Tesifone autem vocatur alia quasi τουτῶν φωνή [3] vel quasi τίσεως φωνή [4] id est istarum vox vel ultrix vox ; tertia Megera quasi μεγάλη, ἔρις [5] id est contentio. *b*) Primum enim non pausando furiam concipere, secundum in vocem erumpere, tertium iurgium protelare : sed hic pro omnibus vitiis accipiuntur.

11. MELIORE MANV meliorem manum aciem Virtutum vocat.

12. NERVIS id est in fortitudine quia nervi fortitudo corporis sunt.

13. EXPOSVISTI *a*) id est tradidisti, sed eos virtutibus comfortasti. *b*) *Exposita res* dicitur manifesta aperta quasi extra posita.

21. PRIMA PETIT *a*) quia fides prima est omnium

1. cluo. — 2. Prop. — 3. tuton fone. — 4. tesia fonu. — 5. megale aeris.

virtutum. *b*) DUELLI duellum dicitur bellum, perduellio vero tempus illius belli.

22. AGRESTI, quia fides in rusticis et pauperibus maxime viget.

23. NVDA HVMEROS *a*) modo ostendit habitum Fidei quem antea dixit et (24 r°) <est> figurata locutio, « Nudos habens humeros » sic et caetera[1]. *b*) Exerta expedita nuda[2]. *c*) Lacertos id est brachia.

25. NEC TELIS MEMINIT *a*) id est armis vel lanceis. *b*) Quia martyres non praemeditabantur quid principibus res pondere deberent iuxta Domini praeceptum dicentis (cf. Luc. XII, 11): « Cum steteritis ante reges »et reliqua.

30. ILLA II. *a*) id est Fides Idolatriam conculcat. *b*) TEMPORA VITTIS id est diadematibus[3], coronis quia veterum sacerdotes deorum vittis coronabantur.

31. ALTIOR INSVRGENS gestum boni militis ostendit qui altior insurgens umbone scuti alterius pedem[4] conculcat et sic hostem interficit.

33. ELISOS id est evulsos nimia artatione.

34. *Comertia* sunt commutationes et quasi tunc commertia facimus quando flatum recipimus et mittimus.

35. DIFFICILEM OBITVM id est gravem et tardam mortem quia moriens longa suspiria emittebat.

36. QVAM MILLE COACTAM scilicet Virtutum; finitus numerus pro infinito.

39. VESTIRIER OSTRO id est purpura: purpureus enim color martyribus convenit qui sanguinem suum pro Christo fuderunt.

40. EXIN *a*) deinde; interfecta Idolatria. *b*) GRAMINEO viridi, herboso.

42. SODOMITA LIBIDO *a*) qui apud Sodomitas maxime crevit. *b*) Sodoma autem pecus mutum vel caecitas interpretatur, quia amore mutorum animalium caecitatem libidinis sequebantur. *c*) Sodomite exclusores quia excluduntur a regno Dei.

1. Post. *caetera* nuda-caetera *iterat.* — 2. 23b gl. *supra.* — 3. dadematib. — 4. pede.

43. ARDENTI SVLPHVRE quia Libido et ardorem et fetorem <emittit> sicut sulphur quo Sodomite perierunt.

53. HOC HABET *a*) Pudicitia extinctam libidinem vituperat. *b*) Vox est victoris vel insultantis. *c*) Castitas conversa ad suos inquid de Libidine « hoc habet », subauditur quod meruit, proverbium vincentium.

58. *Tunc* O. V. id est conturbatrix : numquid dicemus te potuisse?

60. THALAMVM *a*) autem dictus ἀπὸ τοῦ θέλειν[1] id est a voluptate. *b*) Et proprie thalamus locus ubi virgines amittunt virginitatem suam.

64. EX HOSTE *tropheum* *a*) id est palmam. *b*) τροφή[2] Graece conversio, inde tropheum dicitur a convertendo. *c*) Inter tropheum et triumphum hoc interest : tropheum caelebrabant antiqui quando hostes in fugam vertebant, triumphum vero quando interficiebant.

66. *a*) Sensus est : fortasse ideo interfecto Oloferne[3] reviviscere[4] potuisti quia Iudith sub umbra legis pugnabat. *b*) Significat enim aeclesiam, Olofernis vero Diabolum, quem modo veraciter aeclesia interficit.

70. NVMQVID si illam contempnis, ut iterum surgas in bello?

74. FEMINA CHRISTVM femina sexum significat non corruptionem sicut et mulier.

75. MORTALEM DE M. H. omnem enim humanae substantiae naturam habuit excepto peccato.

76. INDE OMNIS *a*) id est homines per incarnationem Filii Dei, <filii> David facti sunt. *b*) *Que* CONCIPIT ILLVM id est Christum concipimus quando in eum credimus, parturimus vero quando eum aliis praedicamus.

78. VERBVM QVIPPE *a*) inde carnis[5] non commixtionem passus, neque divisionem : divinitas[6] illius non conversa est in humanitatem nec humanitas in divinitatem. *b*) Nec divisionem : quia non duae sunt personae sed

1. apotuthelain. — 2. Trophe. — 3. oloferno. — 4. reuiuisce. — 5. Cann'. — 6. Diuinitatis.

una, quia divinitas assumpsit verum hominem secum in una persona ; ut idem Christus sit perfectus deus et perfectus homo in una persona.

92. PROSTIBVLVM *a*) id est domus meretricum id est lupanar. *b*) MANES dii infernales sunt. *c*) OCCIDE id est cade : a cado cadis venit occido correpta penultima, a cedo vero producta.

93. *Trudes* sunt conti quibus naves impelluntur id est truduntur, unde trudere dicimus impellere.

95. VORTEX id est vorago aquae (24 v°) ubi in giro rotat et apropinquantes trahit ac mergit et dicitur a vorando.

99. GLADIVM IORDANIS Sancta Pudicitia gladium maculatum sacris undis purificat.

106. *Scabrum* asperum dicimus : inde scabies dicitur, asperitas humani corporis.

107. CATHOLICO IN TEMPLO *a*) id est de Catholico dicit quia et Arriani habent baptismum sed, quia extra Aeclesiam Catholicam est nihil proficit. *b*) Bene dicit « Catholico » quia legimus et virgines fuisse sub Arriana heresi, sed eis nihil <proderat> quia catholico in templo consecrate non fuerunt. *c*) AD ARAM gladium condit ad aram quia virginitatem et pudicitiam suam Deo commendant.

109. GRAVI STABAT graves dicimus honestos, utiles; econtra leves, incompositos, inordinatos.

111. *a*) PERVIA PILIS id est telis id est lanceis: hoc pilum et haec pila, unde primipilus dicitur vexillarius qui primus signum ad proelium portat. *b*) PERVIA [1] id est quia pectora eius nuda erant et patentia ad vulnera accipienda.

113. HANC PROCVL *a*) Iracundia percutit, Patientia non pavescit. *b*) RICTV id est nimia oris apertione : ore enim aperto veniebat quasi eam devoratura.

114. LUMINA FELLE habitum irascentis ostendit.

1. Paruia.

116. CONTO contus est genus teli quo naute utuntur, ex utraque parte ferrum habens et in medio tenetur ; unde navigantes proeliantur : vel lancea utroque capite ferrata qua naute bellant.

118. LIBERA NOSTRI *a*) Patientia intrepida, Ira truculenta ; Ira Pacientiam increpat. *b*) Ira instabilis, Patientia immobilis.

122 SVB IPSVM sub stomachum dicit quia[1] in stomacho sedes est iracundiae (unde stomachor verbum est id est irascor) et convitia gravissima tela sunt ad iracundiam provocandam.

125. *Adamans* genus est lapidis durissimi qui[2] si sanguine hircino calido molliatur, sculpi non potest.

126. *Toracha* θώραξ[3] Graece pectus Latine, unde toraca id est lorica dicitur.

127. TEXTA contextiones[4] PER INTORTOS *a*) id est hamatos[5] : hami[6] enim sunt circuli quibus lorica contexitur. *b*) *Tortos* id est fortes.

128. INDE quia loricata erat : Paciencia ubique secura.

137. CAPVLVM est illud quod de gladio in manu tenetur, quasi <a> capiendo dictum.

138. DEXTRA SVBLIMIS *a*) gestum ferientium depingit. *b*) CONISA conitor coniteris facit praeteritum conissus sum : conor vero conatus sum.

143. Calibem CALIBS est genus ferri optimi et tenacissimi.

148. DECORIS P. quia pudor atque verecundia illi erat portare vaginam sine gladio.

153. RASILE FIGIT Ira semetipsam perimit.

155. VICIMVS inquit[7] Patientia ; Iram prosternens Virtutes confirmat.

162. HAEC EFFATA id est Patientia ; cum Iob medias acies transit.

165. FRONTE SEVERVS id est tristis propter vul-

1. qui. — 2. quem. — 3. Torax. — 4. *Supra*. — 5. humatos. — 6. humani. — 7. Corr. ex inquid.

nera <MULTO> id est multis funeribus gregum suorum ac filiorum.

170. ET PERDITA QVAEQVE id est pro omnibus perditis dupla recepit absque filiis[1] qui salvi erant cum Deo.

174. VIRTVTIBVS *associatur* id est omnibus impugnantibus Vitiis Patientia victrix virtutibus assotiatur.

178. FORTE PER EFFVSAS id est Superbia ad spectacula se mirificat.

179. EFFRENI EQVO id est superbo, sine freno : hic et haec effrenis dicitur et infrenis; effrenos dicimus equos duris morsibus obfirmatos qui non oboediunt frenis.

182. FASTV[2] *a*) fastus[3] id est superbia quarte declinationis et venit a nomine quod est fastidium id est tedium vel nausea quia omnis superbia fastidium habet. *b*) Fastus vero fasti libros annales significat.

186. CARBASEA carbasus genus est (25 r°) lini mollissimi et candidissimi unde vela optima fiunt : proinde aliquando pro ipsis velis accipiuntur.

188. LIMBVS est ora id est circuitus clamidis vel alicuius vestis quam nos ornaturam dicimus.

189. *Immisas* alii *ingestas*.

190. NEC MINVS scilicet sed similiter ; quia[4] sicut illa vestibus, ita et equus sui instabilitate superbiebat.

191. LVPATIS lupatum genus est freni aculeati, sic dictum eo quod similitudinem dentium lupinorum habeat.

192. HVC ILLVC nesciebat enim stare in uno loco : signum siquidem[5] boni equi diu in uno loco stare non posse.

195. ET *faleratum* faleris ornatum : falere proprie sunt ornamenta equorum quae Graece ἐφίππια[6] dicuntur.

198. ET PAVPERTINIS id est <humilibus>, humilitas enim paupertati familiaris est, quia pauperes humiles fiunt.

199. MENS HVMILIS id est humilitas : Spes et Humilitas pariter se confirmantes.

200. PROPRIO NEC SAT quia spem suam non in se sed in Deo ponit.

1. filius. — 2. Fasto. — 3. fastos. — 4. qui. — 5. *Supra*. — 6. epifia.

202. DIVITE REGNO id est ad dives regnum : Spes enim tribuit nobis caeleste regnum.

203. ERGO *humilis* dicitur quasi humi adclinis ; inde humilitas quasi humi inclinata.

208. TITVLIS *a*) id est dignitatibus, nobilitate. *b*) Titulus est memoria dictus a Titane id est sole.

209. LAETOS *a*) id est fertiles. *b*) Laetus diversas habet significationes, letum enim hominem dicimus id est alacrem, letum pecus id est pingue, letum agrum fertilem.

213. NOVALES sunt novi fructus, dicti quod singulis innoventur annis.

216. HOC[1] RIDICVLVM id est risu dignum ; ridendum, non timendum quod plus debet rideri quam timeri.

219. ET RVDIBVS id est novis : nobis crescentibus crescunt et nostrae possessiones, id est ab infantia.

221. *Dicionibus* AEQVO sicvt nos crevimus, ita et nostra creverunt.

224. DE CONSEPTO PARADISI id est eiecto primo homine de paradiso Deus posuit cerubin et flammeum gladium adque versatilem ad custodiendum illum.

225. TRANSFVGIT[2] quasi diceret ibi in stricto loco erat idcirco in orbis amplitudinem sponte transfugit.

226. PELLITOSQVE pellix ex mortuis animalibus abstraitur : pellitia ergo vestis mortalitatem eorum significabat.

227. NVDVS ADHVC *a*) hoc laudando dicit Superbia quia eius instinctu tali promeruit indui vestimento. *b*) NI NOSTRA ideo namque primus homo seductus est quia antea quadam elatione superbuit in mente.

229. DEGENER Virgilius (Aen. IV, 13) : « Degeneres animos timor arguit ».

230. SERVM *a*) serum ideo dicit quia nascente Christo Humilitas mundo innotuit. *b*) Nam licet in quibusdam[3] sanctis antea fuerit, tamen in paucis et specialiter fuit,

1. CR. — 2. Transfigit. — 3. quib ;

postea vero generaliter. *c*) AMENS id est sine mente, qui nos temptare bello aggreditur. *d*) *Importunus* id est inquietus, nullam requiem habens : portus enim statio est navis ubi requiescunt, inde importunus.

240. QVAM PVDET *a*) id est turpe sit ! ut verecundatur ! *b*) Ecbasis est figura, evagatio poetae.

241. NVGAS *a*) Hebreum est et est nomen indeclinabile et utriusque numeri et significat vanos. *b*) « Nugas quia te recesserunt congregabo » dicit propheta (Sophon. III, 15). *c*. Nam nugae quando declinantur ipsam rem significant,nugax[1] vero nugacis declinantur[2].

242. *Chorei* proprie sunt carmina Apollinis et modo e longam habent, modo brevem : sed hic pro choris.

243. VBI SEMPER EGENS quia Iustitia[3] nihil rapit, nihil latenter subripit.

245. APERTA id est manifesta, quia Simplicitas nihil fraudulente latet.

254. LAXIS FRENIS *a*) id est immissis quia equis currentibus habenae laxantur. *b*) Superbia Spem et Humilitatem conculcare vult.

255. VMBONIS *a*) umbo proprie dicitur bucula scuti sed in hoc loco pro pectore ponitur (25 v°), umbonibus enim equorum id est pectoribus impulsis hostes sepe prosternuntur. *b*) Vel umbonem, equinum scutum quod in equo sedentes portamus.

260. *Versutus* dicitur qui se vertat in diversas formas[4] : idem est et versipellis.

261. SCROBIBVS *a*) id est fossis. *b*) Scrobs[5] fossa[5] dicitur, idem et scobs unde et in Psalmo dicitur (LXXVI, 7) : « Scobebam spiritum meum » vel « scrobebam » id est fodiebam, ventilabam.

267. AT REGINA H. Humilitas et Spes mirantur ruinam Superbiae.

269. *Maligne* id est anguste : malignum proprie dicimus angustum.

1. nugas. — 2. declinantur. — 3. ini'titia. — 4. fortnas. — 5. In ras.

271. HIATVM id est terrae apertionem[1] : hio hias aperio, unde hiatus-a-tum[2].

272. PRONA RVENTIS[3] EQVI Superbia praecipitata cum omnibus armis et pompis suis properata ruit.

276. OS QVOQVE P. id est mediocriter non superbit propter mortem illius.

277. GAVDIA VVLTV Humilitas gaudium querit, Spes affert.

287. DISCE SVPERCILIVM *a*) supercilium pro superbia in Scriptura (Levit. XIV, 9?) ponitur, quia superbia in oculis maxime deprehenditur. *b*) Humilitas extinctam Superbiam obprobriis turbat[4].

293 (?). O. F. T. funda dicitur a fundendo eo quod lapides fundat id est emittat[5].

305. AERA PENNIS Humilitas superatis mundi pompis alas iam meruit unde caelos penetravit, sed Sancta Spes cum ceteris Virtutibus in hac vita laborans adgemit et ad ipsam pervenire per multas tribulationes apetit.

311. LVXVRIA E. *a*) luxuria dicitur omnis dissolutio et superfluitas in cibo et potu atque vestimento et in omnibus aliis superfluitatibus. *b*) Superius itaque Pudicitiae contra Libidinem pugna describitur. *c*) Hic vero Sobrietas omnem dissolutionem debellat[6].

312. LANGVIDA V. Luxuria enim vocem dissolvit cibi atque potus intemperantia.

313. VITAE C. C. *a*) ad hoc vult vivere ut Voluptati deserviat. *b*) Voluptas luxuriosa Libidinem pincernam[7] ministri loco <habet> cupidine ludi, Luxuria florida currit ad vana gaudia.

135. SED TAMEN ESSE non ideo dicit haec tam pulchra et speciosa creari, ut in his ultra mensuram et modum delectaremini, sed <ut> videntes haec citius ad amorem meum qui talia facere potui provocaremini : nam summum bonum quod est deus ex toto amandum et appetendum, (38 v°) minimum vero bonum id est temporalia temperate et cum quadam mensura diligenda

1. Conicimus. — 2. Corr. ex inquid.

sunt, sine quibus nostra vita humana non constat.

138. HOMO STVDIIS id est diligentia et amore adquirendorum horum bonorum.

141. ATQVE AEVVM STATVI *a*) id est secundum tempus; « ideo, » inquid, « volui esse tempus ut sub illo probaretur anima an vellet me diligere et haberet virtus ipsius animae labores quibus se exerceret, ne segnis et pigra efficeretur » : virtus enim semper in labore esse vult quo exerceatur. » *b*) Sicut enim ventus vires non videtur habere nisi fuerit obvia silva quam frangat et sicut milites non probantur nisi per laborem, ita et anima nisi adversa patiatur ignoratur qualis sit.

146. V. VOLVPTAS scilicet quia ita est horum bonorum.

147. ELAQVEANDA id est absolvenda : elaqueare est a laqueo eripere.

152. SPECTARE COLORES id est intueri id est ne in pulchritudine diversorum lapidum deliciatur[1] dum delectetur.

153. POPVLARIBVS AVRIS id est ne laudem inquirat humanam.

155. NE NATALE SOLVM id est hereditatem paternam ; modo prohibet nimium velle emi agros : unde Propheta (Isai., V, 8) : « Ve qui coniungitis agrum » et caetera.

158. *Preferat a*) hoc est praeponat id est ante ponat. *b*) Ille praefert utilitatem iustitiae qui propter suam utilitatem iustitiam desseruit, verbi gratia, iudex cum corrumpitur auro, propter suam utilitatem legem pervertens iustitiam derelinquit.

161. FORTIS ET ACER idem sunt et veniunt ab uno Graeco quod est δεινός[2].

162. ANTE OCVLOS SITA SVNT animalia inrationabilia de his tantummodo cogitant quae in praesenti sunt, de victu scilicet unde ventri serviunt.

166. EGO CONTRA *a*) se ponit[3], poeta pro omni ho-

1. delectatur. — 2. dinos. — 3. Iteratur.

mine et quod de se dicit de omnibus generaliter vult intelligi, sicut Horatius (A. P., 45) : « Hoc amet » scilicet quod amo, « hoc spernat » scilicet quod sperno, « promissi carminis auctor. » *b* Dicit ergo hoc quod ego spero : omnes homines sperare volo videlicet ne ea quae ante oculos illorum, sed ea quae sunt aeterna cogitent : hinc et Apostolus (Paul. II Cor., IV, 18) : « Contemplantibus nobis non quae videntur sed quae non videntur. » *c* Que videntur temporalia sunt, que vero non videntur aeterna.

173. CALCABO PVDOREM id est despiciam castitatem, sanctimoniales et viduas pro nihilo ducam.

174. *Inficiabor* id est negabo : si quis mihi aliquid commendaverit non reddam eis, sed negabo.

176. *Longevam* PERIMAM solebant enim apud paganos filii parentes diu viventes odio habere et eos veneno interficere ut eorum hereditatem citius recipere possent.

178. PVBLICA IVRA id est leges quae publica scelera punire debent.

179. LEX ARMATA SEDET id est otiosa manet ad puniendum reos suis sententiis : proptera dixit SEDET ARMATA quia nescit me peccasse ; quod si cognoverit peccatum meum iudex a quo debeo puniri propter commissum, corrumpetur auro.

181. *Poena* SECVRI[1] id est vindicta : iudices Romanorum secures ferebant quibus reos punirent.

184. *Monumenta* OPERVM monumentum pro memoria ponitur, unde solemus dicere homini « nullius momenti es » id est nihil vales, non dignus memoria.

186. QVOD SVBIECTOS *a* id est subditos sibi : corpus anime debet servire et rursus anima debet regere corpus (39 r°). *b* Unde Sallustius dicit quod (Cat., I, 2) : « Animi imperio, corporis servitio magis utimur », quia corpus animo subditum esse debet.

187. NEC MIHI *a* hinc Petrus facit questionem

1. securia.

ad Beatum Gregorium interrogans quomodo anima quae invisibilis et incorporalis <est> possit teneri post mortem igne corporali in inferno et cruciari. *b*) Tunc respondet Beatus Gregorius item eum interrogans ita : *c*) « Est anima tua in tuo corpore ? » *d*) At ille « Est utique ». « *e*) Si ergo anima tua sicut inpraesentiarum vinculis aparet, vinculis retardatur corporeis, quid mirum si apud inferos igne consumatur corporali ? » (Vid. Greg. Dial., IV, 29).

194. QVI POTVI FORMARE N.[1] id est ego qui de nihilo potui facere hominem, faciam etiam ut post mortem resurgat.

195. EXEMPLA MEAE VIRTVTIS *a*) etiam dicit in seminibus arborum sive herbarum possumus videre exemplum resurrectionis nostrae : illa enim hiemali tempore siccantur et intereunt et quodammodo mortua in terra quasi in sepulchro latent, vernali tempore resurgunt quando per viriditatem iterum reformantur ; sic et corpora nostra post mortem in sepulchris diligenter posita servantur propter spem resurrectionis. *b*) Unde legitur in libro Iob (XXXVIII, 14) Dominus ei[2] dixisse : « Restituetur ut lutum signaculum et plicabitur sicut vestimentum. » *c*) Signaculum hominem apellat qui ad imaginem et similitudinem dei factus est. *d*) Restituetur ut lutum quia per mortem dissolvitur et rursus unde lutum prius factum fuerat efficitur. *e*) Plicabitur sicut vestimentum : vestimentum enim cum exuitur non proicitur sed plicatum seorsum ponitur, ut alio tempore iterum induatur ; sic corpora nostra non proiciuntur post mortem sicut cadavera animalium sed in sepulchris deposita custodiuntur ut in die resurrectionis a Domino resuscitentur. *f*) Et ideo maximum studium in sepeliendis humanis corporibus etiam a paganis naturaliter adhibetur quia sperant quandoque <se> resurrecturos.

211. DEHINC QVACVMQVE id est post mortem id

1. h. — 2. mei.

est in quacumque conditione sive in gloria erit sive in poena, quia erit in inferno corruptio sine fine, mors sine morte, defectus sine defectu.

213. SIT MEMOR AVCTORIS PROPRII *a*) subaudis illa substantia. *b*) Et Salomon ait (Eccl., XII, 1) : « Memento creatoris in tempore iuventutis tuae ».

215. FIGMENTVM ET CORPORIS[1] ALTER *a*) pagani duos esse dicebant deos, bonum videlicet deum et principem tenebrarum, et a bono deo putabant animas creari, a principe vero tenebrarum corpora : dicit ergo quod non est ita. *b*) Neque enim alter deus creat animas et alter corpora, sed unus idemque est qui creat animas simul et corpora.

218. SVPPEDITAT *a*) id est gubernando sumministrat. *b*) DAT MVSTA R. « non », inquid, « Liber pater quem vos vini deum esse dicitis vites primum dedit, nec Ceres quam deam frumenti esse contenditis, usum illius mortalibus adinvenit, sed ego qui haec a principio esse constitui, singulis annis iubeo reinnovari. » *c*) Hinc Beatus Augustinus (C. D., IV, 8) multa disputat contra eos qui dicunt alium deum esse qui praeest seminibus dum in lacte coagulantur, alium dum herbae exurgunt, alium dum maturescunt et sic diversos deos confingebant, singulis rebus singulos dantes (39 v°).

221. GRAIA QVOS PALLADE id est Greci dicunt Palladem esse inventricem oleae sed mentiuntur.

222. ET QVI LVCINAS H. Lucina est dea quae nascentibus praeest, inde lucinas horas id est natales : « non Lucina », inquit[2], « praeest infantibus » id est in lucem nascentibus, « sed ego praebeo illis tempus nascendi. »

225. AMORIBVS IGNEM id est amorem id est licitum nuptiarum quem inter masculum et feminam esse praecepi.

226. ET STVPRA V. D. V. P. *a*) umbra deae Veneris id est[3], vana auctoritate illius. *b*) Dicebant enim Venerem

1. corpori. — 2. *supra*. — 3. iteratur.

deam esse amoris atque stupri et ideo castum amorem a deo concessum ad procreandum subolem corrumpentes, ex hac occasione plura stupra perpetrabant : unde et apud Paphos insulam ubi Venus maxime colebatur, dicebant mulierem quae a pluribus amaretur meliorem esse apud[1] deum, ac per hoc sua adulteria defendebant.

231. INDE M. A. TOT MODERAMINA MVNDI non requiro adiutorium alicuius ad regendum mundum, quia ego que feci possum regere solus sine alterius adminiculo.

234. NATVRA CREATIS *a*) natura angelorum quae vel qualis nemo novit nisi solus deus. *b*) Dionisius Ariopagita de naturis angelorum multa deo inspirante scripsit, caeterum vero de illorum natura nullus scit.

237. QVAE SIMVLES P. M. V. pagani innumeros deos esse dicebant praeter quos unum maximum bonum esse putabant cui reliqui minores dii oboedierint : hoc tangit modo cum dicit Q. S.

238. PER VARIAS P. id est dicendo me in maioribus maiorem, in minoribus minorem.

239. PARS AVT FORMA id est quia non sum corporeus sed totus sum in toto et nihil habeo extra.

240. NEC PARS ESSE QVEO id est non habeo partes corporis dexteram videlicet et sinistram et caetera.

243. CREDE QVOD EX NIHILO id est animam quamvis caelestem originem habeat utpote a deo de nihilo facta, non est tamen pars dei, quia si pars dei esset, tunc deus (quod dictu nefas est) nostris subiaceret miseriis.

244. SOLI MIHI CONSTRVE TEMPLVM id est « volo », inquid, « ut mihi edifices templum non quidem de lapidibus et cemento, sed temetipsum fac mihi templum ; illud enim magis diligo. »

246. PAROS *a*) insula est apud quam candidum marmor invenitur quod Parius lapis vocatur. *b*) PVNICA

1. apu.

RVPES id est Africana : in Africa enim marmor purpureum repperitur quod porpireticum vocatur a colore[1] purpurae quem videtur habere.

247. VIRIDIS *Lacedemon a)* Lacedemonia ipsa est Sparta apud quam prasinum[2] marmor id est viride colligitur. *b) Sinna* Sinna[3] insula est a qua Sinnaticum marmor est pretiosossimum et varium diversis coloribus, respersum nigro scilicet et albo.

248. NATIVVM NEMO id est naturale quia studio hominum aliquando marmora purpureo colore tinguntur.

250. FVNDAMENTA modo docet qualiter templum nostrae mentis deo construere debeamus : fundamenta illius templi aurea esse debent propter nitorem sensus atque intellectus, pietas vero super fundamentum edificari debet : cooperiat iustitia, castitas conservet illud templum.

251. *Pietas* pro religione ponitur, unde et inreligiosos impios vocamus, quia omnis homo peccator, non autem omnis homo impius id est inreligiosus.

258. MATERIEM *a)* id est divinitas hominem assumpsit, unde homo postea in divinitate profecit, et natura quidem hominis per divinitatem emeliorata est, natura vero divinitatis non est emeliorata per humanitatem. *b)* Hinc etiam dicit Apostolus (Paul. II Cor. V. 16) : « Et si noverimus (cognovimus, Vulg.) Iesum (Christum, Vulg.) secundum carnem, sed iam non novimus eum « subaudis secundum carnem quia totus homo ille in deum (40 r°) transfusus in deum habetur, unde et a tempore resurrectionis ea quae sunt dei damus homini et ea quae sunt hominis[4] damus deo. *c) Dubitabile* FECIT illud corpus de quo dubitaretur utrum esset[5] verum corpus annon.

260. SPECTARE SVPERNA *a)* id est intueri inter reliqua animalia solus homo <potest> (Ovid. Met., I., 84-86) : « Dedit coelumque tueri Iussit et erectos ad sidera tollere vultus ». *b)* Rectius « vidit et coelum aspicit »

1. calore. — 2. parsinum. — 3. inna. — 4. homini. — 5. ee.

de quo Ovidius, « Coetera cum prona spectant animalia terras Os hominum sublime ».

269. RECALESCERE CVLTV id est reviviscere qui mortuus fuerat per peccatum : mortuus enim friget.

270. SCIRE VELIM apostrofa ad Symachum : utrum velis credere volo scire.

272. AN VETEREM subaudis velim scire antiquam culturam idolatriae.

279. PER VESTIGIA *saeclum* et tunc videbimus dei cultum priorem esse quam idolatriam.

294. PRAECIPITET *Scithica* apud Scitas gentes mos fuit ut filii patres suos ab excelsis collibus vel a pontibus in mare praeveniendo mortem illorum praecipitarent et hoc illis pro prietate videbatur ne nimia senectute punirentur : quidam etiam eos comedebant in conviviis.

296. *Coedibus* INFANTVM quia infantes Saturno immolabantur in sacris.

298. ROMVLA CVLMO id est Romana, quia antiqui domos suas culmeis tectis tegebant qui in feno vel paleis iacebant.

300. *Libistidis* VRSAE id est Africanae quia in Libia id est in Africa ursi habundant.

302. TALIA *a*) scilicet indumenta. *b*) TRINACRIVS id est Acestes rex Siciliensis. *c*) VEL TVSCVS id est Evander rex Tusciae qui adiutorium Aeneae praebuit.

320. NERVOSA IVVENTA talis est sensus : pueri est ludus, adolescentis amor, iuvenis ambitus et honor, senis consilium sapientia et requies.

327. QVADRVPEDIS PVERI id est reptantis, quando repit manibus et pedibus.

331. DONEC[1] DECOCTO id est puro ; inde coctum aurum dicimus purum.

340. VACVOQVE IN ORBE scilicet a cultoribus, quia pauci erant tunc ; ante diluvium nullus idola coluit, post diluvium vero primum Nembroth[2] idolatriam adinvenit : inde dei cultus prior est quam idolatria.

1. Denec. — 2. Corr. ex membroth.

343. SANGVINIS HECTOREI[1] *a*) id est generis Romani. *b*) Hector fuit filius Priami, fortissimus Troianorum ; unde populus Romanus Hectoreus dicitur, quia de Troianis originem sumpsit per Aeneam scilicet, Anchisae filium.

348. ROMA TRIVMPHIS Romani quarumcumque gentium victores extitissent, earum deos eripiebant adque illos[2] secum Romam deferentes in templis suis ponebant et inter sua numina colebant.

352. HOC SIGNVM *a*) id est aliud simulacrum : modo commemorat unde Romani ipsa idola rapuerint. *b*) BIMARIS *Corinti* propter duo maria : gemino[3] enim sinu maris circumdatur.

354. VICTA CLEOPATRA *a*) id est regina Aegypti, uxor Antonii. *b*) VICTA id est superata ab Octaviano et a Romanis. *c*) CAPITIS CANINI scilicet Mercurii qui cum canino capite depingitur propter prudentiam sermonis, quia cane nihil est sagatius in animalibus, et ipse Mercurius internuntius deorum dicitur cuius simulacrum[4] Romani ab Aegypto Romam deduxerunt.

355. *Hammonis* id est Iovis, qui in arenosis locis Libiae templum habet.

356. SYRTICA id est a sirtibus : Iovis cum cornibus arietinis depingitur, quia involuta et obscura dabat responsa.

361. *Afferre*[5] SACELLIS id est sua templa non potuere tutare a Romanis.

373. AVT FATVM[6] AVT GENIVS *a*) Genium deum naturalem dicebant quem prosperitatem et vitae felicitatem sibi dare autumabant : genius quoque constellatio vocabatur, hinc genitura dicitur, et genethliaci[7] mathematici (40 v°). *b*) NOSTRARVM MORE ANIMARVM secundum eos loquitur qui dicunt animas prius creari, deinde unicuique animae diversum genium aut fatum

1. Haectorei. — 2. illa. — 3. geminā. — 4. Corr. ex simulacrā. — 5. Afferte. — 6. Corr. ex factum. — 7. genechliaci.

attribui, ita ut quaedam illarum laetiores, quaedam tristiores habeantur.

379. CONTRA id est e contrario : quasi diceret de genio nescio quid sit; contra, de animabus intellegam quam habeant virtutem.

407. CVR NON HAEC id est haec quidem agit Roma de superstitionibus : quare non similia inquirit et interrogat de colenda religione et de veritate?

412. *Ac*[1] *flectere* SENSVS scilicet suos, id est inclinare et de malo ad bonum et de bono ad malum.

416. HABVIT STATVS VRBEM id est Romam primum reges habuerunt a Romulo usque ad Tarquinium Superbum.

418. PROCERES proprie sunt capita trabium, sed hic consules significat.

419. CLAVVM id est dignitatem vel gubernaculum : proprie gubernaculum navis significat.

422. NOBILITAS *a*) id est nobiles quia a consulibus nobiles regebantur. *b*) *Pleps* FISA id est confisa, id est populus : nam sicut nobiles a consulibus, ita et populus a tribunis gubernantur[2].

425. QVEMQVE SECVRIS Romani secum portabant secures ad interficiendos reos; inde pro vindicta ponitur.

427. DAT *a*) id est concedit, permittit. *b*) CONDERE[2] FASTOS[3] id est libros annales : nam nominibus consulum annotabantur.

429. FLVCTIBVS HIS id est mutationibus ducum et dubitationibus, quasi diceret « si fatum aliquid est et sinit errare, mirum est quare illi ita erraverunt. »

430. PVBLICVS ERRAVIT scilicet Romanorum qui <rem> publicam regebant.

431. CAPVT AVGVSTVM *a*) id est caput Octaviani Augusti. *b*) Octavianus Augustus cum a Romano populo dominus, utpote imperator, vocaretur respuit dicens nimis inconveniens esse ut homo aliis hominibus qui

1. Af. — 2. 422 post 427. — 3. concedere. — 4. Corr. ex factos.

sunt eiusdem naturae dominaretur quod animalibus competebat, et ideo patrem patriae apellavit eum.

436. QVOD SI TOT RERVM a primis regibus per gradus usque ad Octavianum.

462. RVBRICA MINETVR rubrica est linea cementariorum, unde maceria complanatur, ut sit aequalis, rubro colore tincta, unde in hoc loco rubrica pro regula ponitur : aliquando legem vel iudicium significat.

467 seqq. Hoc loco iudices Romanorum alloquitur qui reos puniebant dicens « GLADIVM RETVNDITE VESTRVM ne quid mali eis faciatis quia non <in> ipsis est quod faciunt sed in fato quod ad hoc eos constringit. »

495. *Efesum* *a*) civitas est in qua Diana colebatur. *b*) HEBRVM id est fluvium Traciae per quem totam intellege gentem.

496. BROMIVS id est minister Liberi : fuit infamis amasius.

497. IVNO dea fuit quam Affri maxime colebant.

505. QVI TRANSFVGIO id est per transfugium quo ad Romam suis sedibus relictis transfugerunt.

515. *Coribantibus* id est qui Matrem Deum colebant id est ministri Matris Deum.

516. SAMNITIS *a*) id est populus Romanus, de Samnite ; *b*) MARSVS similiter de Marsia vocatur.

519. NEC PETASO *a*) petasum vocatur calciamentum Mercurii propter velocitatem : πέτομαι[1] Graece volo, inde petasum volatile, quo Mercurius volare dicitur. *b*) *Lacedemon* civitas in qua colebatur Mercurius.

521. APPENNINICOLAM PEDITEM *a*) id est Romanum, ab Appennino monte. *b*) *Cibeleius* hostis id est exercitus Frigiae ubi Cibeles id est Mater Deum colebatur.

523. GALLO id est sacerdote Matris Deum; evirati id est castrati erant, ideo (41 r°) galli vocabantur.

528. FLVCTIBVS ACTIACIS nunc bellum[2] Actiacum

1. peto. — 2. nunc bellum *iterat.*

commemorat quod fuit inter Octavianum et Antonium et Cleopatram iuxta Actium promontorium[1] Epiri; que interfecto viro, fugiens in Aegyptum periit, adibitis serpentibus mammis suis ne a Romanis captiva duceretur.

534. *Prevaluit a*) id est Egyptios superavit. *b*) GELIDO id est frigido : Italia enim in comparatione Aegypti frigida dicitur.

537. EXTORRIS id est exul, extra terram eiectus : subaudis « ordo » quem Romani victis hostibus captivaverant.

544. NVM DIOMEDIS ITEM *a*) nunc commemorat illud Virgilii[2] (Aen. II, 163 seqq.) quomodo Diomedes et Ulixes Troiam ingressi per funiculos civitatis et cesis custodibus perpuerunt Palladium Minervae. *b*) Graeci enim Troianorum exploratorem in castris tenuerunt, qui ab eis interrogatus quomodo Troia posset superari, dixit insuperabilem fore quamdiu vero Palladium (hoc est simulacrum Palladis quod de coelo dicitur descendisse) servaret : at illi hoc audientes sequenti nocte, ut dictum est intraverunt c. per c.[3] atque portarum custodibus interfectis Palladium secum ad castra deduxerunt, quod intra civitatem hastam manu concutiens et oculis minitans, intra aliud maius Palladium tenebatur, cumque pervenisset ad castra nimium sudavit : per quod labor bellicus designabatur.

550. *Assiriae* regio est in qua erat Babilon civitas in qua Alexander veneno periit.

552. CARPI id est detrahi : nam statim sequentes versus indicant[4] quomodo poterat detrahi Roma.

556. MIRAMVR[5] IN ARCV post victoriam antiqui arcus erigebant, et ibi currus et equites depingebant, unde legimus (I Regg., XV, 12) : « Erexit Saul fornicem triumphalem ».

558. *a*) *Fabricius* consul fuit Romanorum pauperrimus

1. Corr. ex promontirium. — 2. uirgilli. — 3. i. e. civitatem per cuniculos. — 4. indi. — 5. Minam̃.

quidem sed sua paupertate laudabilis : nam Romani cum bellum contra Sabinos agere disponerent, legati illorum Romam venerunt et multa auri pondera secum pro pace ferentes solum illum in domo de vase fictili comedentem reperierunt. *b*) Quibus aurum sibi dare volentibus ille respondit[1] : « Romani aurum nolunt habere, sed aurum habentibus imperare. » *c*) *Camillus* fuit a Romanis apud Sabinos in exilium missus, inde egressus insecutus est Gallos qui Romanas legiones vicerant et signa Romana retulit. *d*) Inde Virgilius (Aen. VI, 825) : « Referentem signa Camillum. » *e*) Nec tamen propter hoc a Romanis sibi invidentibus receptus est, proinde ille in exilio moriens praecepit ut nec aetiam ossa sua Romam apportarentur[2].

559. SVB[3] PEDIBVS equorum, DVCVM qui victoriam de hoste capiebant ; cum FLEXO POPLITE[4] depingebatur victus[5].

561. TRVNCO id est tropheum dicit : antiquorum enim moris erat ut truncum ramis spoliatum induerent armis hostium et sic incenderent.

562. ANTIOCHVM id est Anthiocus dux fuit Asiae Minoris, qui primus[6] elephantes contra Romanos adduxit.

563. FLORA *a*) erat dea ministra Veneris, cuius sacra mense Aprili caelebrabantur, quando flores in arboribus erant et ideo Floralia, in quibus omnia turpia licite fiebant. (41 v°) *b*) *Laurentina* nympha a Laurento monte dicta ubi colebatur. *c*) *Matuta* id est Aurora quae Graece Λευκοθέα[7] dicitur id est dea alba.

565. *Affuit* ALES id est corvus Apollini consecratus quia quandam vim divinationis habet ; qui ab Apolline missus super castra Corvini volabat et crassitabat.

569. CANNAS est vicus Apuliae, ubi bellum[8] infaustissimum actum est in quo omnes Romani interfecti sunt ab Annibale adeo ut ipse VI modios anulorum aureorum transmiserit Cartaginem.

571. OSCINE *parrha* proprium nomen avis mali omi-

1. respondio. — 2. 558 post 559. — 3. Sup. — 4. poblite. — 5. 559 post 556. — 6. primis. — 7. leucothea. — 8. Supra.

nis in qua augurium capitur : omnes dicuntur aves in quarum voce augurium homines capiunt oscines, id est ore canentes.

573. TERCENTVM *Fabii* fuerunt uno nomine qui omnes uno die in illo <loco> perierunt, tantum uno remanente quem Maximum Fabium vocaverunt quoniam per eum res eorum reformata est[1].

574. NOCTVA *a*) Palladi consecrata est. *b*) *Charris* proprium loci[2].

577. *Lembum* id est rostrum navis similitudinem lembi habentem : lembus parva[3] navis[3].

604. RHENVS *a*) fluvius est Germaniae qui Galliam et Germaniam dividit. *b*) Hister fluvius : idem est et Danuvius.

605. TAGVS *a*) fluvius Hermi aureas trahens arenas. *b*) HIBERVS fluvius Hispaniae.

606. CORNIGER *a*) id est Padus : ipse est Eridanus. *b*) HESPERDIVM id est Italorum : cornuta ideo depinguntur[4] flumina quia cornutorum boum mugitum sonitu suo imitari videntur.

630. PVGNACIS STOMACHI quia in stomacho est sedes gulae.

631. FRENET *a*) Sallustius dicit (Cat., I, 2) : « Animi imperio, corporis servitio magis utimur », nam grave est si corpus imperaverit. *b*) IECVR RATIONE id est libidinem : in iecore enim sedes est libidinis et concupiscentiae.

643. NEC TAM DEGENERI id est non tantum ignobili videlicet ut ita supplicet principes ipsa Roma sicut iudices[5] ; quia Simachus introducit Romam loquentem cum rugosa facie et specie anili.

647. LIGNO TEGIT id est larva quae proprie persona vocatur.

648. SI VOCEM SIMVLARE sicut tu fecisti, O Symache, qui Romam loquentem induxisti.

1. 573 post 574. — 2. 574 post 571. — 3. paruis. — 4. depingit[2]. — 5. Iudicis.

651. REPVLSAM id est repulsionem : hec repulsa, huius repulsae.

652. AEGIDAQVE vocatur pellis Amalteae caprae quae Iovem nutrivit, unde et ipsam pellem manu sinistra quando pluit, fulmen vero quando tonat dextra tenere perhibetur; sed hic pro ipso Iove ponitur.

654. DVCTORES id est imperatores, Teodorum et filium eius Honorium[1] vel Constantinum Christianos.

656. SENESCIT prope interitum[2].

658. CANITIEM tale est illud Apostoli (Paul. Hebr., VIII, 13) : « Quicquid antiquatur ».

659. PARIT AEVVM id est in iuventute : induens novum, exuit veterem hominem.

663. CVM GALEAM *a*) scilicet quando ad bella ferebam. *b*) FRONDE OLEAE id est pacis quia in signo pacis dabatur ramus olivae ab antiquis.

664. FERA CINGVLA scilicet bellica quibus coronabantur milites in bello.

669. PRIMVS NERO qui primis persecutione generali Christianos persecutus est.

671. INVSSIT id est in me convertit : *inurere* est culpam in alium convertere.

675. AC LVDERE *poenis* id est ludebant : quia poenas martyrum pro ludo deputabant (42 r°).

677. SECARE id est secabant id est truncabant.

681. TRADIDIT quia multa mala fecit.

686. COLLINAE proprium portae a qua Turris Collina dicebatur.

688. *a*) Liber quando de bello Indico victor revertebatur a Gallis[3] maritimis humanissime hospitio susceptus est : unde eos Xenones appellavit; nam ξένος[4] Graece hospes dicitur, et ξενοδοχεῖον[5] hospitale. *b*) Postea nemo mutata X id est chi in s, Senones dicti sunt. *c*) Hi Romanis infestissimi fuerunt. *d*) At illi victoria potiti omnes quos ex illis

1. bonO24. — 2. 656 post 658. — 3. gallisa. — 4. xenones. — 5. xenodochium.

tenere possent castrari decreverunt : proinde galli castrati dicuntur[1].

693. NON ARMIS id <est> quia diverse[2] gentes diversis armis et vestibus utuntur.

694. VAGVS E. id < est > Liber ambulans ubi voluerit.

699. MASTRVCIS *a*) mastruca vestis est ex pellibus lingua Gallica quam et renonem[3] vocamus que rustice crucina dicitur (sic ut acinacis dicitur gladius lingua Persica) qua[4] veste Getae induebantur. *b*) TOGATOS id est Romanos qui toga utebantur.

701. LIGVRVM id est pars Beneventi, Liguria videlicet.

702. PAD![5] Padus Italiae fluvius qui et Heridanus dicitur.

703. PERVIGIL ANSER Galli Senones Romam nocte intraverunt et cum in eo esset ut etiam Capitolium caperent, Manilius anseris voce excitatus eos pepulit et ipsum Capitolium defendit, unde et Romani in turribus suis anseres nutriebant quia adventum in nocte hostium facile sentiebant.

708. ET ILLE scilicet in quo Romani missos[6] a civitate pepulerunt.

713. DRACONES id est signa Romana similitudinem serpentium habentia ex linteis fiebant quae a vento inflata serpentis similitudinem praeferebant[7], quorumque capita aurea depingebantur.

716. PANNONIAE *a*) ipsa est Vnia ab Vnis dicta quia ibi postea deguerunt. *b*). DELETA id est interfecta. *c*) PEPENDIT id est persolvit, pro pendit.

718. SERIS id est postremis id est in fine saeculi : apostrofam facit ad posteritatem.

722. DE CINERUM SQVALORE id est proprie incensarum[8] carnium odor, sed aliquando pro splendore, aliquando etiam < pro > fumo accipitur.

1. 688 post 643. — 2. duerse. — 3. renouem. — 4. Corr. ex quo. — 5. Padi corr. ex pati. — 6. misios. — 7. pferebant. — 8. incensariū.

729. *Immunis* tanti belli.

730. GETICOS Theodosius imperator Getarum sentiens adventum non eos permisit Romam venire, sed obviam eis cum suo properans exercitu omnes bello prostravit.

735. *Dedisco* id est quod didici obliviscor.

740. REPAGVLA sunt ligna quibus hostia intraversum[1] firmantur[2].

741. *a*) *Baia* est vicus Apuliae ubi Hannibal Romam pluviarum nimiaetate adire non valens cum suo exercitu luxurians resedit. *b*) Nam cum eam adire conaretur, cito pluviis inundantibus suo in loco prohibitus morabatur; quando vero serenitas adesset, luxuria dissolvebatur. *c*) Cum ergo a quodam suorum increparetur quare Romam non pergeret, respondisse fertur: « Quando ego volo, deus non vult et quando deus vult, ego nolo : et ideo scio Romam esse insuperabilem ».

751. STATVIS EFFINGERE id est formare quia statuae equestres victoribus depingebantur.

755. SITV *corrumpit a*) id est vetustate. *b*) Argentum diu servatum quandam caliginem trahit, aurum vero si bene coctum fuerit, licet interpositum numquam colorem perdit.

776. *Competa* dicuntur a competendo videlicet loca ubi multarum viarum capita conveniunt.

781. *a*) *Communem* quia aliud nobis pluvia operatur et aliud onagris caeterisque bestiis : illis enim herbas[3] et gramina profert, nobis vero segetes. *b*) « NON » ergo « *communem* » ideo dicit.

791. PIRATIS id est latronibus maritimis : πῦρ[4] Graece, ignis Latine, unde piratae dicuntur latrones maritimi, qui regiones igne incendunt.

793. TRANSTRA sunt sedilia navium ubi remiges sedent : (42 v°) trastra vero, sustentacula domorum id est tigna.

804. DVM SERVANT *a*) tale est illud quod Apostolus

1. 2. intrasuersum. — 2. 740 post 741. — 3. herebas. — 4. pir.

dicit (Paul, Ep. ad Rom., VIII, 22) : « Omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc. » *b*) Nam licet hoc de solo homine proprie dicatur, tamen ex superfluo etiam de creatura intelligi potest, quae corruptioni serviendo humane dolet.

805. *Capitale crimen* dicitur quo reus capite plectitur.

808. DAHA *a*) proprium gentis Scithiae. *b*) SARMATA id est similiter populus Scithiae et Wandalus Scythus[1] id est et *Hunus*.

809. GETVLUS *a*) populus Africae de Getulia.

809. GARAMANS *b*) id est populus Africae. *c*) *Lemannus* est lacus iuxta quem Alamanni habitant ab eius nomine ita vocati. *d*) GALAVLAS proprium.

811. NOSTRVM ORBEM dicit propter eos qui dicunt alium orbem esse ultra exustam plagam, in quo antipodes esse dicuntur, sed errant.

813. *Onager* dicitur asinus agrestis : ὄνος[2] enim Graece dicitur, asinus Latine.

814. *Sus* NOSTRO eodem flumine abluitur quo et nos.

815. *Fere* dicuntur eo quod suo habitu ubique ferantur.

822. GIGNIT[3] *a*) id est alit scilicet ipsa communio aeris. *b*) RECIDIVAQVE id est renascentia quia hiemali tempore quedam herbae pereunt.

823. CVIVSQVE FIGVRAE Beatus Augustinus dicit (cf. C. D., XVI, 8) animalia cuiuscumque[4] figurae sint, si rationem habeant, homines debere appellari ut sunt Blemii, qui capita non habent et Cinocephali[5] qui capita canina ; et illi qui unum pedem habent, vel illi qui pedes quidem habent sed reportando incedunt : illa vero e contra quae ratione carent licet formam habeant humanam, tamen homines non sunt.

827. IN MEDIVM *a*) in commune id est inter bonos et malos : non tam avarum opus Dei ut bonis tantum munus illius tribuatur et malis abnegetur : illud enim munus quod Deus Pater primo homini ante peccatum contulit,

1. Cythus. — 2. onos. — 3. Cignit. — 4. cui'q. — 5. Cinophe gali.

etiam illo peccante, hominibus scilicet bonis et malis indifferenter concessit. *b*) Medium itaque iure bonum vocatur quicquid boni et mali communiter possunt habere: nam vera bona nisi solis bonis et vera mala nisi solis malis, numquam tribuuntur.

836. *Fornix* dicitur domus arcuata ubi meretrices prostituebantur, unde et fornicatio dicitur.

838. *Laquear* et lacunar idem sunt, tabulatum videlicet domus.

839. IN VRNIS *a*) id est sepulchris. *b*) Lucanus dicit (VII, 819) : « Divo (caelo Luc.) tegitur, qui non habet urnam », id est sepulchrum.

843. Nunc iterat verba Simmachi cum dicit SECRETVM SED GRANDE id est tam magnum bonum.

846. *Quesitura* DEVM *a*) Prudentii vox. *b*) Indago indaginis et indages, INDAGIS facit.

850. *Bivia* dicuntur ubi duae viae conveniunt: DIVERTICVLVM dicitur a divertendo[1], locus scilicet ubi declinatur a via.

851. Infiteus id est negator Symachus; vel INFITEOR id est nego.

856. DIVORTIA *a*) sunt loca ubi separantur viae multae id est diversitates, unde Virgilius de Eurialo et Niso (Aen., IX, 379) : « Ad divortia nota. » *b*) Divortium etiam dicitur separatio uxoris a marito.

858. THYRSIGERI *a*) id est thyrsum gerentis id est vitem vel ramum[2]. *b*) AD *Dionisia Bachi* id est ad festa Liberi Patris qui et Dionisius vocatur.

859. FESTA *a*) deorum pluraliter declinantur, quia multis diebus caelebrabantur, ut Saturnalia Vulcanalia Dionisia. *b*) Dionisia autem vocantur festa Bachi, (43 r°) qui Dionisius appellabatur quasi Διὸς[3] νῦσα[4] id est Iovis filius. *c*) Διὸς[3] enim Graece, Iovis dicitur Latine, qui in monte Nisa colebatur.

1. dueretendo. — 2. ramaun. — 3. dios. — 4. nisa.

860. DIESPITER est deus vagantium[1] quasi diei pater, sicut Maspiter, marium pater.

861. POSCAT AENOS id est aeneos : in illius festivitate tinnitus ex aere fiebant.

862. LVPERCALES[2] Lupercus[3] deus dictus ab agendo[4] id est repellendo lupos : ipse est Pan qui est deus pastorum, in cuius honore pastores ferulas portabant nudisque pedibus in eius sollempnitate currere solebant.

863. MEGALESIVS Megalesia civitas est ubi Mater Deum id est Cybele colebatur : hinc MEGALESIVS[5] SPADO id est sacerdos dicitur quia omnes sacerdotes ipsius evirabantur.

865. QVADRIVIIS BREVIORIBVS id est erroribus minoribus : minus enim errat qui holera[6] colit quam ille qui demones adorat.

867. PORRVM *a*) dicitur eo quod sit longum, unde < porro > adverbium dicitur id est a longe. *b*) ET *Caepe*, caepe dicitur a Graeco quod est κεφαλή[7] id est capud eo quod illius tantum utile[8] sit caput.

868. SERAPEN *a*) id est proprium dei[9]. *b*) Serapis deus Egyptiorum maximus fuit cui Apis taurus consecratus est quem aetiam Aegyptus ad instar numinis colebat.

869. Isis *a*) proprium deae : regina Aegyptiorum Inachi regis filia fuit cuius maritus fuit Serapis que de Gretia veniens Aegyptios litteras instruit et terras colere docuit quae fuit Osiris regis uxor et maximum idolum Aegypti. *b*) CAVDA[10] tria sunt genera simiarum : simia est sine cauda quae propria dicitur, sphinx vero villosa, cercopithecus[11] autem[12] cum cauda mirabilis formae ; caudam equidem habet et mirabiliter ludit quam Aegyptii colunt.

870. *Crocodillus a*) id est monstrum Aegypti. *b*) IDEM scilicet sunt apud Egyptios. *c*) LAVERNA id est larvarum dea. *d*) PRIAPVS deus ortorum erat apud Romanos.

1. uagiantiu. — 2. Lubercales. — 3. lubercus. — 4. Leg. arcendo. — 5. megalisius. — 6. holerat. — 7. caephal. — 8. utilis. — 9. dee. — 10. Canda. — 11. circopetit'. — 12. aut.

873. TECTA *a*) id est operta. *b*) FRVTECTIS id est erroribus.

874. SEMITA quia videlicet sunt quidam qui nullum putant esse deum et ideo[1] omnia fortuitu evenire, veluti animalia quae nihil sciunt nec intelligunt esse deum.

879. HOC ITER id est haec secta quae nullum putat esse deum.

884. FASTIGIA *a*) id est culmina. *b*) CLIVO id est ascensu. *c*) Clivus proprie dicitur devexio montis quia « arta et ardua est via que ducit ad vitam » sicut legitur in Aevangelio (Matth., VII, 14).

890. *Sophistae* dicuntur callidi argumentatores qui perplexis syllogismis aliquando pro veris falsa concludunt.

891. BARBATOS autem dicit fortes, quia barba signum virile et indicium fortitudinis est : vel barbatos dicit incultos quia philosophi barbam et capillos nutriebant ut per hoc animi severitatem ostenderent.

893. Sicut omnis vir prophetans vates sive propheta vocatur, ita omnes mulieres divinantes generaliter *Sybille*[2] dicuntur.

894. *a*) *Mathesis* cum aspiratione doctrinam significat, sine aspiratione in malo ut significet neniam et vanitatem.

(Ad verba Symmachi q. v. ap. Dr. ad vs. 910). *b*) *Quanto commoda* yronice, pro quanta incommoditate *c*) *Prerogativa* id est praemissa vel antecedens id est salarium : sed *salarium* dicitur praebenda publica[3] (43 v°) praerogativa vero praemissa gratia vel specialis proprie dicitur id est que gratis et sine aliquo merito praerogatur id est datur et conceditur ; sed in hoc loco praebendam quam Vestales accipiebant de aerario publico. *d*) *Imperatoribus* quando res publica, dicit, pauper erat adhuc, Vestales Virgines victum accipiebant ab imperatoribus, modo autem ab uno : ante res publica illis denegatur. *e*) Nam ex quo

1. *supra*. — 2. Corr. ex sibille. — 3. publioa.

imperatores Christi fidem sumpserunt illud stipendium quod antea dabatur illis ablatum est. *f*) *Quod parcissimi* id est pauperes, sicut fuit Romulus et alii. *g*) *In illo stipendio* scilicet in eo quod castitatem servant propter quam tantum honorem habent. *h*) *Vacare muneribus* id est sacerdotalia munera non accipere. *i*) *Victu modico* id est temperato : sacerdotes duobus modis honorandi sunt sicut Apostolus Paulus dicit (I Tim., V, 17) : « Sacerdotes duplice honore habeantur », in conquiniscendo et insurgendo et in munera largiendo[1]. *k*) *Privilegiis privum* dicebant antiqui proprium : hinc *privilegium* dicitur privata et propria lex, sive lex specialis dicitur. *l*) *Trapezitas* vocat despective imperatores id est monetaries. *m*) τράπεζα[2] Graece mensa Latine, inde *trapezitae* vocantur monetarii qui nummos pensantes ad mensas sedere assolent. *n*) *Qui ad m.*[3] *vilium* quia vilibus et stultis dabantur stipendia quae debebantur dari virginibus. *o*) *Baiulos*[4] dicit illos qui bene loqui nesciunt, qui etiam balatores dicuntur. *p*) *Spem* scilicet quam habebant in proventu frugum. *q*) *Non sunt haec vitia terrarum* scilicet sed nostrorum criminum et vitiorum quia propter nostra vitia talia eveniunt : hinc Iob loquitur dicens (V, 6) : « Nihil in terra fit sine causa, et de humo non orietur dolor, quia non de terra fames et pestilentia et alia quam plurima fiunt, sed pro nostris iniquitatibus et sceleribus haec talia contingunt. »

909. CAPIENDA VOLVPTAS voluptas et in bono ponitur, ut (Ps. XXXV, 9) : « Torrente voluptatis tue potabis eos[5]. »

911. QVOD FARRA FOCIS *a*) id est stipendia Vestalibus : *stipendium* erat puplica praebenda quae de aerario publico dabatur militibus. *b*) Dicuntur autem stipendia a stipe pendenda, quia pecunia illa quae erogabatur militibus non annumerabatur, sed appendebatur.

914. RARIVS *a*) id est parcius. *b*) Sensus est : « Sym-

1. largierdo. — 2. Trapes. — 3. m. = mercedem. — 4. baiaos. — 5. 909 post 894 *b*.

machus propter hoc scelus quia Vestalibus stipendia non dabantur, famem pervalidam accidisse <putat>, sed ego, inquit[1], Prudentius nescio illam famem quae cruciaret totum orbem ».

917. *Presenti* TEMPORE nostro videlicet : modo Prudentius destruit multis exemplis quod Symmachus dixerat.

918. *Triptolomei* *a*) Triptolomeus filius Celei[2] quem Ceres dea frumenti agriculturam docuit et eum sibi filium adoptavit (id est filium adoptivum fecit) posuitque in curru alatorum serpentium, ut illo per totum orbem portatus discurreret, et sic mortalibus agriculturam[3] et usum frumenti insinuaret. *b*) Dicit ergo nec Triptolomeus auctor huius artis nec Ceres dea frumenti commoverunt tam magnam famem quae suis temporibus cruciaret et affligeret totum orbem.

921. *a*) *Pharos* civitas est Aegypti a quo omnes reges[4] Aegypti Pharaones vocantur ; et ponitur pro tota Aegypto. *b*) *Nilus* fluvius est Aegypti qui certis temporibus alveum suum excedens[5], irrigat plana Aegyptiorum et fecundissimam facit illam terram : in Aegypto enim non sunt pluviae, idcirco nullo modo (44 r°) fames oriatur in Aegypto nisi Nilus intra alveum suum constringatur, sed tunc sterilitatem terrae patiuntur homines in Aegypto[6].

923. AVT VENIAT scilicet volo : veniat nuntius qui hoc auferat, qui dicat et nuntiando apportet.

925. *Pelusium* est oppidum Aegypti[7] a quo Pelusiaca dicitur palus.

927. VOX STILLAT *a*) id est cum difficultate emittit. *b*) Tria dicit : aut fons Nili siccatus, aut iterum retro cursum suum reflectit, aut etiam deficit[8] in medio cursu suo absortus hiatu terrae profundissimo. *c*) Hinc aetiam naturam exprimit Nili fluminis : Nilus enim non videtur supra terram continuo quia crebro terram intrat et post longa spatia terrarum emergit[9] de terra.

1. Corr. ex inquid. — 2. celei. — 3. agriturā. — 4. rege. — 5. Exc. — aeg., *in ras.* — 6. Corr. ex aegipto. — 7. aegypto. — 8. deficiti. — 9. Iteratur.

928. NOSTRAS RIPAS id est quia Nilus fluvius in terrenum mare cadit et per ipsum Romam venit.

934. FLVENTIS id est propter palmites qui sunt in more crinium quia segetes motum undarum immitantur.

935. VNDE SEGES id est ex quibus[1].

937. *Libici a*) Libia plana regio est et fertilissima quae Romanos similiter pascebat sicut Aegyptus nec pluvias habet; unde et Libia dicitur quasi Lipsia < διψία? > id est egens succo vel pluina. *b*) ὑετόν (?)[2] enim Graece, succus dicitur Latine.

940. *Leontinus* ager vocatur in Sicilia ad quem naves Romanorum appellebantur[3] ibique deducebatur annona cum plaustris, unde onerarentur.

941. *Lylibeo* Sycilia autem insula fertilissima de qua Romani alebantur, pro qua erat bellum inter Romanos et Cartaginenses, habet aetiam tria promontoria, Pachinum, Pelorum, et Lilibeum.

942. Loca commemorat ex quibus frumenta Romam advehebantur quia Romani nihil laborabant.

943. SARDORVM Sardus insula est fecundissima unde Romani similiter victitabant.

944. SILVESTRIBVS « forsitan », inquid, « habitatores Africae et Siciliae non habent unde vivant sed arborum fructibus tantum vescuntur. »

946. *Quernus* et *querceus* dicitur[4] a quercu que est arbor glandifera.

947. *a*) Haec *cornus* arbor, hoc *cornum* fructum facit. *b*) Haec omnia hironice dicit.

949. GRADIBVS[5] VACVIS[5] XV erant gradus scenae in quibus nobiles vel divites residentes spectabant ludos qui fiebant in theatro.

950. *a*) *Ianiculum* et *Saturnum* duo erant oppidula apud Italiam ubi erant molae publicae et publica pistrina et praeparabatur ibi publicus panis. *b*) Dicitur autem Ianiculum[6] a Iano, sicut Saturnum a Saturno.

1. 935 post 927. — 2. iaton. — 3. appellabantur. — 4. Iteratur. — 5. Vacuis gradib;. — 6. caniculū.

953. INDICIO EST ANNONA « per hoc », inquit, « quod publica annona datur Romanis, intelligitur quia non est contritus orbis fame generali quemadmodum Symmachus perorabat[1]. »

954. LONGA OTIA quia Romani nihil laborabant sed ludis tantum vacabant.

955. FORTASSE forsitan, dicit, id est aliquo anno contigit sterilitas terrae et frugum : « concedo », inquid, « hoc. »

958. ARDENTI SIDERE scilicet Sirio qui in mense Iulio oritur et tunc fiunt gravissimi fervores solis.

959. NEC VERNAS INFVDIT si enim vernali tempore siccitas ultra modum contingat, quando adhuc tenerae sunt herbe[2], siccantur radices herbarum et moriuntur : unde fames aliquando fieri solebat.

964. STIPVLARVM SILVA[3] quia stipulae tantum ibi erant sine granis[4].

968. FABRIS id est edificatoribus id est Neptuno et Apolline qui cum Laomedonte[5] Troiam aedificaverunt.

969. EXTRVERET « ante conditionem », inquit, « harum urbium in quibus haec religio primum reperta est, fames fuit et sterilitas terrae contigit et ideo non est credendum (44 v°) ut propter Vestales Virgines tale aliquid contingat.

972. SACRARVNTQVE FOCOS *a*) id est ignes Vestales : IIII sunt numina que ignibus praeesse dicuntur, Iovis scilicet et Pallas, Neptunus et Vesta : et Iovis quidem igni praeest caelesti[6], quia ipse est aether, Pallas vero aetherio igni praeesse dicitur quia ipsa est, sumitas aetheris. *b*) Vulcanus etiam noxiis ignibus praeest id est fulminibus unde et Vulcanus dicitur quasi Volicanus id est volans candor, vel etiam Venerio igni praeesse dicitur id est igni libidinis : unde et maritus Veneris esse fingitur. *c*) Vesta autem nostro igni commodo praeest ipsa ; est enim terra quae nostrum ignem in se retinet, et ideo prae-

1. 953 post 954. — 2. haerbe. — 3. sillua. — 4. 767 post 969. — 5. lacmedon. — 6. caelestio.

esse fingitur: dicitur autem Vesta ἀπὸ τῆς ἑστιάς[1] id est a favilla; antiqui enim Hestam dicebant sed apud nos aspiratio versa est in digamma et dicitur Vesta.

973. ELEMENTA *a*) quia de nihilo fecit deus IIII elementa, que sunt origo et causa omnium creaturarum, sed iterum reditura[2] sunt in nihilum. *b*) LABANT id est vacillant, corrumpuntur[3] ut fames contingat : ideo dicit ANTIQVIS.

978. INVRIT *a*) id est vitiat exquoquit[4] : duobus modis <solent> perire segetes, aut cum transacto vernali tempore, mense videlicet Maio, fit gelu quo messes cum inadulte fuerint in ipsis spicis inuruntur : aut etiam primo tempore cum semen in terra proicitur et quamvis sit tenerrimam in herbam excrescens, nondum tamen radices suas firmiter in terra fixit sed tamen[5] solent perire messes si nimium gelaverit. *b*) *Zephiri* ipsi sunt et Favonii, venti videlicet calidi qui flant vernali tempore.

985. TRIBVLI *a*) id est spinae : tribuli dicti sunt a terendo, et propter nimiam siccitatem nascuntur. *b*) CARDVVS est herba acutissima, frugibus infesta propter aculeos et propter nimiam aquarum inundantiam nascitur.

987. Hec TEMPERIES et hoc temperamentum et haec temperatio dicitur, sed temperies aurarum est, temperamentum cuiusque rei; idem est et temperatio.

992. Maiori mundo minorem comparat id est corpus humanum, unde et microcosmus[6] homo dicitur id est minor mundus : sicut enim ille aere corrupto pestilentias[7] simul et morbos contrahit, ita et nostrum corpus corrupta qualitate sua natali diversas morborum corruptiones solet incurrere, quod ex IIII elementis similiter constat.

999. *Damnavit a*) id est infelices fecit. *b*) INIQVIS id est contrariis : quia quedam sidera sunt quae praesunt tempestati, quaedam vero serenitati : alia fertilitati, alia siccitati[8].

1. apotis hestias. — 2. redditura. — 3. corūpuntur. — 4. Corr. ex exquoquid. — 5. tā. — 6. migrocosmus. — 7. pestilentis. — 8. 999 post 1006.

1005. REDITV id est recompensatio id est redditio fructuum quia rationabiliter colimus nostros agros si nihil utilitatis ab eis reciperemus.

1006. LAPIS ILLIC *a*) Romani lapidem qui terminus ponebatur agrorum colebant pro deo, maxime propter hoc : Tarquinius Priscus cum voluisset templum edificare Iovi suis sacrificiis ut ab illo loco ubi erat illud constructurus omnes dii qui ibi colebantur recederent, cumque alii excepto Termino recessissent, intellexerunt Romani illic esse Romanum imperium sine fine. *b*) Unde Virgilius (Aen., I, 278-9) : « His ego nec metas rerum nec tempora pono, imperium sine fine dedi. »

1010. *a*) *Lacerna* genus vestis muliebris: idem est et *recinium* a reiciendo. *b*) Vestes autem quas mulieres ipsis arboribus offerebant ibi deponentes nigrae efficiebantur ex fumo ygnis quo tus incendebatur (45 R°).

1013. *Tempestas* τῶν μέσων[1] est id est mediae[2] significationis[3] : *a*) aliquando in malum, aliquando etiam in bonum accipitur. *b*) Illud enim tempus pluviale et illud quod est serenum tempestatem vocamus.

1016. NON AMPLO quamvis aliquo tempore, dicit, non sit abundantia frugum in agris nostris, non ideo tristamur quia parce vivimus ; rursus si multum provenerint, non nimium exultamur quoniam lucrum temporale nobis exinde facere more avarorum nolumus.

1023. CHRISTVS ET *assumptis* *a*) modo parabolam evangelicam[4] tangit de qua Dominus discipulos agriculturam docuit, dicens (Luc., VIII, 5 seqq.) : « Exiit qui seminat, seminare semen et dum seminat aliud cecidit iuxta viam, a. i (leg. : aliud cecidit inter spinas etc.) aliud supra petram, aliud in terram bonam. » *b*) Petrosa terra durum cor auditoris intellegitur[5] quando non est exaratum vomere spiritalis disciplinae : huic tali non est committendum semen verbi Dei ; per spinas, divitiae intelliguntur. *c*) Prohibet ergo Dominus ne in spinosa

1. ton meson. — 2. maediae. — 3. significat. — 4 eauangilicā. — 5. Corr. ex intelligitur.

terra seminent, ne in corde divitiis temporalibus nimis dissoluto, praedicationis verba reponant. *d*) Quare? quia (ibid. 7 et 13) exorte spinae suffocaverunt illud et hi radices non habent. »

1031. RVBVS est virgultum spinosissimum.

1037. CORDIS ET AGRI quia mentem excolit virtutibus, agrum laboribus.

1038. PRAECORDIA CVLTV id est ut non plus laetetur de proventibus frugum exterius, quam de adquisitione virtutum interius.

1040. *a*) *Sentes* adiectivum est in hoc loco id est acutas. *b*) VEPRES divitias temporales quae corda male illiciunt. *c*) *Hae sentes* pluraliter semper habentur, in usu aliquando et sentem dicimus accusativum : legimus enim sentem aureum id est spinulam. *d*) Et *senta* facit adiectivum id est acuta. *e*) Iste etiam (1043) nominativum ponit id est *sentis*.

1044. *Glareae* sunt lapilli minutissimi, qui maxime in aquis habentur.

1046. CHARISMATA *a*) sunt dona spiritalia id est virtutes quae per gratiam Spiritus Sancti dantur hominibus. *b*). Χάρις[1] Graece gratia Latine, unde εὔχαρις[2] dicitur bene gratiosus, unde et εὐχαριστία[3] bona gratia et ἄχαρις[4].

1047. DETRITA *a*) id est a demonibus conculcata quos viantes (exeuntes? Matth., VIII, 32) Evangelium vocat. *b*) *Iecur* vocat partes corporis quae sunt circa cor in intimis praecordiis nostris : in iecore est sedes voluptatis. *c*) Et hoc dicit, « Deum diligite ».

1053. ACERVVM id est coacervationem virtutum et bonorum operum.

1054. *Curculio* vermis est dictus a guture, quia pene nihil aliud est quam gutur.

1055. SVNT ET VIRGINIBVS *a*) parabolam Evangelicam[5] hic tangit (Matth., XIII, 8) quae de iacto (?) in

1. Karis. — 2. eucharis. — 3. eucharistia. — 4. Acharis. — 5. euuangelicam.

bonam terram dicitur, quod adtulit fructum aliud tricesimum aliud[1] sexagesimum, aliud centesimum. *b*) Sed hic sexagesimum fructum quamvis specialiter viduis tantum non inconvenienter aptaretur, posuit tamen pro merito summae virginitatis.

1057. NEC NOTA[2] E. P. *a*) quia virgines in secretis locis semper habitant unde de Beata Maria legimus (cf. Ambros. in Luc, II, 8) quando invenerit eam Angelus Gabriel in conclavi, solam orationibus vacantem et Beatus Ambrosius dicit aetiam de ea (cf. de Virg., II, 2) quod in cubiculo sera, in publica festina, id est in tarda in domo, velox in via. *b*) Et in Evangelio (Luc, I, 39). « Abiit in montana cum festinatione » id est properavit ne agnosceretur in via. *c*) Cuius exemplum sanctae et Deo consecratae virgines (45 v°) imitari volentes, privatas potius diligebant habitationes et si forte aliquando causa necessitatis ad publicum processissent properanter cum verecundia transibant[3].

1063. *Resignare* proprie est aperire, quasi signum afferre[4].

1067. QVAM LIBERA SECTA antequam libere et propria[5] voluntate[6], dicit, sciant contempnere vestrae virgines (dum sunt adhuc in aetate puerili) fervorem[7], et aestum libidinis propter laudem castitatis et meritum, et propter amorem deorum capiuntur a parentibus et inde[8] consecrantur in templo Vestae ut ibi servientes non voluntariae sed coactae virginitatem custodiant, habentes tamen spem quandoque celebrandi nuptias.

1070 INGRATIS ADDICITVR quia dum non habent illis gratias pro sua virginitate quam non gratis sed coacte servabant.

1072. CORPORIS INTACTI corpus quidem illarum virgineum sed voluptas corrupta quia desiderant toros maritorum.

1074. *a*) *Suspirare* est amare quia amantes[9] crebra sus-

1. a. — 2. mota. — 3. 1057 post 1063. — 4. 1063 post 1055. — 5. xp̄e. — 6. uoluntatē. — 7. fer. — 8. In. — 9. Corr. ex amentes.

piria emittunt. *b*) *Tedae* in nuptiis adhibebantur quia nuptiae in noctibus fiebant; que pro ipsis nuptiis ponuntur.

1076. *Reses* dicitur piger, qui diu sedendo pigritiam contrahit : idem est et *deses* a diu sedendo[1].

